




**Bernardini Ochini Senensis uiri doctissimi, De Purgatorio  
dialogus. : ad lectorum. Opus est lector, velut ex authoris  
praefati uncula cognosces, non tam utile quam iucundum  
lectu:**

<https://hdl.handle.net/1874/453035>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**


More information on this collection is available at:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


E. OCT.

1



291  
k






q̄ ē ex vno hū. p̄ hū x̄ e' uñ c̄ uie euacū. Ne  
nec plora q̄pe' n̄ p̄ illū hū s̄ duc oñm hūoꝝ  
esli. t̄ p̄ m̄ In m̄tbo q̄ ē ex hū vno p̄ dñm  
hū. nō q̄pe' n̄e' euā. n̄ solū iep̄slo male q̄l̄. n̄  
illū hūoꝝ n̄e' p̄ i causone. Causō n̄. n̄ sic p̄ hū  
cole q̄ p̄ d̄ acuñ. n̄d n̄d d̄ cūñ q̄ me' euā. q̄  
q̄ alia p̄ male q̄l̄. ut q̄ q̄ hū sic' or adhes p̄

**D**edīa data n̄ victa a n̄ nō. 19.  
Eos q̄ q̄rim' hūoꝝ expellit s̄ re  
manū i cor̄ i m̄ eor̄ mutata q̄l̄. re  
moribos m̄ incendit ḡnare.

**S**me' lara n̄ posse vñc a n̄ i remanū m̄  
vñc d. ac. q̄ qñ' i hūdē q̄ debet euacare

remanū  
relebat q̄ euacare



Theologia

Octavo n°. 117.

N. 2. C.

BERNAR<sup>D</sup>  
DINI OCHINI SENEN-

sis uiri doctissimi,

De Purgatorio  
dialogus.

AD LECTOREM.

*Opus est lector, velut ex authoris prefatiuncula cognoscas, non tam utile quam iucundum lectu: ab ipso primum authore Italica lingua scriptum, postea vero à quodam eius studioso viro in Latinum translatum. Vale.*

HEBR. CAP. IX.

Nam si sanguis taurorum & hircorum, & cinis-iuuencæ, aspergens inquinatos sanctificat ad carnis purificationem: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum æternum seipsum obtulit immaculatum Deo, purgabit conscientiam uestram à mortuis operibus, ad seruendum Deo uiuenti.

36 38



*Ex dono Buchely*



Digitized by srujanika@gmail.com

*BERNARDINVS OCHINVS*  
*Domino Francisco Lismanno vi-*  
*ro clarissimo S. P. D.*



Vanquā ego meos, quos  
quidem hactenus euulga-  
ui libros multis magnis-  
que de causis nemini se-  
ortim dedicarim, eosq; maluerim ec-  
clesiæ, cuius incolunitatem & salutē  
unice quero, nuncupare: in huius ta-  
men editione libri meus in te sumus  
ac propè singularis amor, & complu-  
res aliæ causæ facilè effecerunt, ut de-  
posita ueteri consuetudine, meū istū  
de purgatorio dialogum tibi mi Fran-  
cisco frater, dedicatum uellem. Ac  
mei quidē in te amoris causas, quo-  
niam eæ subinde magis ac magis sese  
produnt, suntq; mihi tecū cōmunes,  
cum lectorum ipsorum tum utriusq;  
nostrum causa prætereo: ac malo re-  
liquas ut potiores huius facti ratio-  
nes commemorare. Igitur hoc me  
scito uelle, ut quemadmodum penè

## E P I S T O L A

cundem ordinem, cundemq; in eo dignitatis gradum, cuius hoc ipsum, quo describo, scis alimentū esse purgatorium, reliquimus, atq; ad Dominum nostrum Iesum Christum, qui nos credentesq; omnes sanguine suo perpurgauit atque abluit, concessimus: sic illā deo decretam simul atq; eius uerbis expressam peccatorum expiationem nō tā meo libro quām tuo pariter atq; meo exemplo docerem & prædicarem. Præterea uideo perniciosa hanc de purgatorio opinionem & sui questus amantiū monachorum atq; sacerdotum artibus picturatā, & malè detortis sacræ scripturæ locis cōfirmatam, sic hominū animis hæsiſſe, ceu uenenum letale ut nisi primum protractis & detectis monachorum uenenatis fraudibus, tum uerò prebitis uerbi diuini benc & catholice explicatis locis, ceu sañoribus cibis, ægrè restitui & conseruari possint. Quamobrem eos qui-

NVN CYPATORIA.

quib<sup>o</sup> isti impostores abutunt sacræ scripturæ locos , & refutatis illorum strophis uerè & rectè explicauit : & quæ contra eos faciebant argumen- ta tanta fide & diligentia comme- morauit, ut non dubitem quin Chri- stiani lectores ex eo cū aduersus hæc uenena pharmacum, tum pro se con firmandis atq; uegetandis utile nutri mentū sint habituri. Atq; hoc tibi Lis maninefrater, literariū mun<sup>o</sup> ideo mitto, ut & mei in te amoris extet aliqua memoria, & ut tuo me docētem ex- emplo iuues homines à purgatorio ad Iesum Christum, qui, quemadmo- dum præclarè est ab Ioanne euan- gelista, & apostolo scriptum , solus nos emundat ab omnibus peccatis nostris, reuocare . Sed ut finem iam præfandi faciam, hoc demum pre- cor, tibi quidem mi charissime atq; optatissime in Christo frater, ut quæ tibi diuinitus est concessa perpetim crescat pax & gratia: sed ipsi Iesu Chri-

*EPIST. NVNCVPAT.*

Pro Domino nostro, opt. max. nostræ  
libertatis & salutis vindici suus ut sit  
saluus honos in secula. Amen. Ite-  
rum atq; iterū uale, & in Christo  
me quod soles ama. Datq;  
Tiguri IIII. Cal. De-  
cembr. Anno  
M.D.LV.



BERNARDINI OCHINI,  
De Purgatorio dialogus.

Interlocutores.

THEODIDACTVS, diuinitus edocētus: CARMELITA,  
FRANCISCANVS, BENEDICTINVS, DOMINI-  
canus & Augustinianus.

THEODIDACTVS.



VIA Purgatorium negauī  
in carcerem conieclus sum.  
Quoniam autem monachi sacri-  
ficiuliq; duobus illis dæmonia-  
cis in monumentis habitantibus, de quibus  
Euangelistæ meminerūt, similes, magna ex  
parte ex mortuis, sepulchris, & ipso pur-  
gatorio videntur, proculdubio omnes mihi  
inimici futuri sunt. Alcumistæ reliqui nun-  
quam rationem vertendi vero igne argen-  
tum in aurum inuenirunt: isti verò fictitio  
purgatorij igne quotidie in aurum non mo-  
do plumbum vertunt, sed & chartas, &  
atramentum, & verba, ut ex ipsorum in-  
dulgentijs constat. Quanquam autem sacri-  
ficiuli monachiq; multa opima & opulenta

## DIALOGVS

sacerdotia habeant, non tamen aliunde vbe-  
riorem prouentum sentiunt, quam ex pur-  
gatorio, quod ipsorum fertilis fundus est, prae-  
cipue mendicantium monachorum: qui li-  
cet propter fictam suam paupertatem, redi-  
tus ex rebus veris percipere non possint, pos-  
sunt tamen percipere ex rebus falsis, fictis,  
imaginarijsq; quale purgatorium est. Pa-  
pa corona triplici insignem in capite mitra-  
gestat, non solum ut Asiae, Aphricæ, &  
Europæ dominum sese uenditet, sed & mul-  
to magis ut ostendat se in altera vita Re-  
gem esse Inferni, Purgatorijq; & Paradisi.  
Cum itaq; purgatorium negauerim, quan-  
tum in me fuit, ex tribus coronis pretiosio-  
rē illi decutere tentaui, id quod ei displicuisse  
minime dubium est. Proinde gnauiter of-  
ficio suo fungentur illius ministri. Si infer-  
num paradisumq; negasset, illum tantope-  
re non offendisset. Miror autem quod Pe-  
trum solummodo biclauferum pinxerint,  
nam triclauferum pingere debuissent, vt  
omnes crederent Papam prima clavi infer-  
num aperire posse & claudere, secunda pur-  
gato-

## DE PVRGATORIO. 3

gatorium, tertia verò paradisum. Sed ecce  
 fores aperiri sentio, fortasse me mortis sup-  
 plicio afficere volunt, & in verum ignem  
 coniçere, quia falsum negavi. Constantem  
 mihi Deus animum concede. Isthæc magna  
 turba est uariegorum monachorum, om-  
 nis generis coloribus distinctorum, ipso aspe-  
 ctu videtur magni satrap& & gloriosi ho-  
 mines, proculdubio Reges sunt, Magistri,  
 & Baccalaurei, fortasse accedunt me di-  
 sputandi gratia. Doctoris prius quam Mar-  
 tyris insignia mihi conferre volunt. CAR-  
 MELITA. Veritatis cognitionem Deus  
 tibi largiatur. THE. Vobis quoq;. CAR.  
 A Reuerendissimo domino Legato missi su-  
 mus, ut cognoscamus num publicè velis  
 quæ de purgatorio cecinisti, recinere. THE.  
 Lubens semper, diuina gratia, quæ de purga-  
 torio cecini, iterum canam. CAR. Is man-  
 dat ut contrarium canas, atq; fatearis pur-  
 gatorium esse. THE. Purgatorium esse cre-  
 do, atque in promptu sum, non solum ut ve-  
 ritatem hanc confitear, sed etiam ut vitam  
 pro ea ponam. V& nobis nisi purgatorium es

DIALOGVS

set. quomodo enim expiata essent peccata  
mundi absque purgatorio? CAR. Id fortas-  
se innuere vis, Christum eum esse, qui suo  
sanguine peccata purgarit? THE. Si id Pau-  
Heb. 1.lus dixit, quid vetat quominus ego quoq; id  
ipsum dicere possim ac debeam? CARM.  
Volumus ut credas confitearisque, in altera  
vita esse locum quendam igne plenum, in  
quo peccata purgentur. THE. Quasi verò  
Christus ipse ea abundè nō purgasset. CAR.  
An putas Reuerendissimum dominum, san-  
ctitatis domini nostri Legatum huc tende-  
re, ut te decipiatur? deberes clausis oculis ei in  
dubitatem fidem adhibere. THE. Si Domi-  
nus Legatus solitus & liber esset, ac vi-  
num Christi membrum, utique eius verbis  
fides adhiberi posset: sed cum humanis affe-  
ctibus & respectibus vincitus sit, & An-  
tichristi vices gerat, suspectum est, quic-  
quid dicit. CAR. Si scripturæ sacræ, atque  
adeo Dei verbis, & testimonij purgatori-  
um euincerem, quid tum dices? THE. Di-  
cerem te miraculum adidisse illius simile,  
quod Christus adidit, quando mutum loqui  
fe-

## DE PYRGATORIO. 5

fecit. Nam cum sacra scriptura nullibi penitus de purgatorio meminerint, tu ut meminissent faceres. CAR. Lege Machabeorū 2. Mac. 12. libros, in quibus inuenies Iudam Hierosolymam misisse duodecim millia dragmarum, in sacrificium pro defunctis. THE. Dixisti te sacrarum scripturarum testimonijs probaturum purgatorium, nunc autem testimoniū ex libris Machabeorum, qui apocryphi sunt, mihi profers. Quod autem apocryphi sint, ex Laodicensi & Aphricana synodo manifestū est: imo ex omnibus sacris doctorib⁹, qui sacrōrū librorū catalogū percensentes, de Machabeicis nullā mentionē faciunt. Si Iudaica Ecclesia, q̄ in approbadis veteris instrumenti libris à spiritu sancto (quod fate ri cogimini) gubernata fuit. 22. libros tantū modo, Iosepho teste, approbanuit, inter quos Machabeici minime cōnumerātur, q̄ tua est audacia ut sacris libris eos adnumeres? Si in ecclesia Iudaica spiritus sanctus eos non approbanuit, sed pro apocryphis habuit, tibi cogitandum relinquo, qualis futurus sit is spiritus qui eos pro sacris approbarit. Deus neq; per

## 6 DIALOGUS

Mosen, neque per Prophetas omnia ad salutem necessaria nobis reuelasset, cum per eos purgatorium non reuelarit: atque ideo antiqui patres damnati essent. Ipse D. Hierony-

In epist. ad mus in prefatione Proverbiorum scribit,  
Chro. & Machabeorum libros legendos, non ut eorum autoritate utamur in comprobanda  
Helio. epi scopos. re quapiam saluti necessaria, sed ut ex ijs utilitatem aliquam & fructum percipiamus: tu uero eorum testimonio uti vis ad stabilendum purgatorium, quod ad salutem plus quam necessarium est, uobis autoribus.

Lib. 2. de Augustinus quoq; dicit, autoritate eos post doc. Chri. ponendos esse sacris libris. Item contra Gaudentium de ijsdem loquens, scribit, utilitatis aliquid ex ipsis percipi posse, si sobrie legantur. quibus verbis ostendit, non omnia que in ipsis scripta sunt, pro norma fidei nostrae habenda esse. Et ipsemet autor in calce librorum, ut ostendat se eos non scripsisse ut præcepta regulasq; viuendi traderet, sed ut historias recenseret, sibi ignosci postulat, si quid parum apposite scripsерit. Si spiritus sanctus ea dictasset, sibi ignosci non postulasset,

## DE PURGATORIO. 7

lasset, neq; dubitasset, recte ne an perperam  
loquitus esset. Si ipse met autor dubitabat  
de his quæ scripserat, quomodo nos de iisdem  
certi erimus? Græcorum quoque ecclesia,  
non aliter ac Iudeorum pro apocryphis sem-  
per eos habuit: quare pro Canonicis nos ha-  
bere non debemus. Sciendum præterea est,  
verba abs te ad probandum purgatoriū ad-  
ducta, ab hominibus vestrū similibus ad  
dita fuisse: quod ita se habere, non solum ex  
Iosepho apparet, qui in eo libro quem He-  
braicè conscripsit, ab ædificatione secundi  
templi usque ad eius destructionem, conti-  
nua serie historiam deducens, & singula  
quæq; exponens, nullam omnino sacrificio-  
rum pro defunctis mentionem facit: sed &  
Pagninus scribit, in aliquibus vetustissimis  
exemplaribus à se visis, non fuisse scripta  
ea verba: unde colligi potest, genuina non  
esse. Omitto quòd adducere possem, non om-  
nia quæ Machabeus Iudas fecit, tametsi in  
scripturis sacris descripta sint, pro vitæ nor-  
ma mihi habenda esse, sicuti nec quæ Razi-  
as fecit, aut Iason summus sacerdos, aut Da-

uid, aut synagoga, aut Petrus. alioqui cum Razia manus mihi inferrem ne hostiū præda essem, cum Iasone, Herculis sacrificarem, cum Dauide homicidium simul & adulterium committerem, cum synagoga, Christū cruci affigerem, & cum Petro ipsum negarem. Esto autem Machabeicos libros eo quo nunc leguntur modo dispositos, sacros ac planè diuinos esse, ex verbis tamen adducatis, purgatorium nullo modo elici potest. Mortui enim pro quibus Iudam Hierosolymam sacrificium mississe dicis, quantum conjectura assequi licebat, damnati erant, ac pro damnatis à Iuda habebantur: siquidem sub eorum tunicis residui aliquid earum rerum quas contra diuinam legem simulachris immolauerant, inuentum est quinimo propter hoc peccatum iusto Dei iudicio, fuisse occisos iudicarunt, ut ibidem scriptum est. Ex ijsitaq; verbis purgatorium inferre non potes, cum animæ illæ, pro quibus orarunt damnatae essent, sicut existimabant. imò si verbis illis vis inesset, & autoritas operæ pretium esset ut nos quo que,

D E P V R G A T O R I O .  
que pro ijs quos damnatos arbitramur , sa-  
cificaremus precaremurq; : credentes pre-  
ces pro illis fusas in se sanctas esse , & ipsis  
salubres , vt ibidem legimus : id quod uos mi-  
nimè concessuros certo scio . Qua ratione au-  
tem illorum sacrificia ijs qui in inferno erat ,  
in quo nulla est redemptio , profuissent , cum  
non solum damnatos , sed ne eos quidem qui  
superstites in praesenti vita erant , à peccatis  
liberare nequirent , cum ordinata essent pro  
ablutione carnis , & Iudaica politia ? Tam-  
etsi autem hi pro quibus Iudas sacrificium  
offerri volebat , cum pietate obijssent , atque  
id Iudas credidisset , nullo tamen modo ver-  
bis illis purgatorium istud vestrum funda-  
re aut stabilire possetis . Tunc enim dicerem  
intentionem Iude non fuisse , vt preces fie-  
rent pro animabus in purgatorio existen-  
tibus , siquidem Iudei nunquam credide-  
runt purgatorium esse . Iudas enim huc re-  
spiciebat , quemadmodum eo in loco scriptū  
est , ut preces fierent pro illorū resurrectione ,  
nō aut pro liberatiōe ab igne uestro cōmentē  
rio . vel hæc illius fuit intentio , vt preces ad

Deum funderentur quo Christum cito mitteret, ut per illius mortem qui ex hac vita cum pietate migrarant, maiorem fœlicitatem consequerentur. Quod si quis unquam veterum sanctorum spiritu pro defunctis orauit, non alium quam hunc ipsum finem sibi proposuit: sicuti nunc quoque, non peccaret, sed recte faceret, qui pro mortuis in huc modum Deum oraret, videlicet, ut Christum cito ad iudicandum viuos & mortuos mitteret, si haec voluntas sua esset, & ad maiorem gloriam ficeret: quo electi qui ex viuis excesserunt, perfecte bearentur secundum animam & secundum corpus. Illud etiam in medium proferre possem, Iudas credidisse, sicut & multi alijs falso crediderunt, preces & sacrificia non nihil ad mitiganda damnatorum supplicia conferre. Pro inde ex verbis illis nullo modo purgatorium vestrum elicere possetis. Præterea hoc etiam modo locum illum interpretari liceret, quod Iudas Deum orare voluerit pro mortuorum illorum resurrectione, non autem pro liberatione à purgatorio, ut colligitur

ex ipsius autoris verbis. Ut autem aliqua ex parte crassam ignorantiam vestram detegam, hoc adiicio, autoritatem Machabeicā ad probandum purgatorium à vobis producam, contra uos facere, nam ex ea purgatorium non esse colligitur. Si enim purgatorium esset, superfluum & vanum, quod illicit scribitur, non fuisset, orare pro mortuis, licet resurrecluros non sperassent: preces enim illae contulissent ad liberandum eos à pœnis purgatorijs. quare si eo in casu de quo scribitur, preces inutiles fuissent, purgatorium non esse fatendum est.

CAR. Nunquid & priorem ad Corinthios Pauli epistolam pro apocrypha habes?

THE. Minime gentium, imò longè diuinissimam reputo.

CAR. Si ex illius verbis purgatorium inferrem, quid diceres?

THE. Te magnum adeò Sophistam dicerem, ut falsum ex vero inferre scires.

CAR. Paulus in ea scripsit: Si quis Christo 1. Cor. 3. superstruit, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, uel stipulas, Dies domini qui iōne reuelabitur, uniuscuiusque opus quale sit declarabit. Si cuius opus exustum

fuerit, detrimentum patietur, ipse vero salvus erit, sed quasi per ignem. Quis alius ignis ille esse potest, quam ignis purgatori, per quem peccata purgantur, ut eo modo purgati deinde in paradisum ingrediamur? THE. Quoniam ego ipse quod Paulus ijs verbis ex primere voluit vnicè sensi et expertus sum, ideo melius quam multi alij ea vobis interpretari possum. Primum quidem dubium non est, Paulum illic de ministris loqui, qui post eius discessum super Christum ab ipso fundamentum positum, non superaedificabant aurum, argentum, & preciosos lapides id est, diuinam, ipsiusque fundamenti excellentia dignam doctrinam: sed superseruebant ligna, fœnum, stipulasque, hoc est, doctrinas & traditiones humanas, à se inuentas & commentitias: manifestum itaque est Paulum metaphoricis verbis uti cum diuinam doctrinam aurum, argentum, & lapides preciosos nominet: humanam vero, ligna, fœnum, stipulasque. Sed & sequentia metaphorice, siue allegorice, præcedentibus respondent, quum dicit, diem domini, qui  
igne

igne reuelabitur, quale sit uniuscuiusque opus declaraturum. ac si diceret: Doctrinam quam prædicatis vanam, ac saluti prorsus inutilem esse, tametsi vobis aliter videatur, sentietis in die Domini, eo die scilicet, quomodo mentem vobis Deus aperiet, & veritatis lumen, ut spero, concedet. Quemadmodum enim ligna, fœnum, stipulae que igne exuruntur, consumuntur, citoque in fumum & cineres resoluuntur, aurum uero, argentum, & lapides preciosi non item: ita ubi Deus ardens illud lumen vobis dederit, tanquam igne, totum ædificium quod nuncusque apud Corinthios a vobis fabricatum est in fumum resoluetur, & ab oculis mentis vestrae evanescet, quamquam nunc falso pulcherrimum, splendidum, et stabile videatur. Experiemini enim humanas traditiones vestras & figmenta infugifera fuisse, vosque in prædicandis illis oleum & operam perdidisse. quod non contingere, si diuinas doctrinas prædicassetis, tunc enim prædicatione uestrâ non fuisse vanam cognosceretis. Quocirca præmij loco, de trimenti hoc patiemini, quod frustra talia

docueritis uos tamen seruabimini, eo lumen  
ne quod vobis daturus est Deus. Scis au-  
tem quomodo? quasi per ignem. id est: Quem  
admodum si in lecto esses, & vniuersa do-  
mus repente conflagraret, adeò ut vix tibi  
tantillum termini supereret, ut nudus exili-  
re ex lecto & incendio posses, tunc exilires  
quidem, sed nudus: ita vos salvi eritis, sed om-  
nibus ijs bonis et præclaris operibus, quibus  
nimium vobis ipsis placuistis, nudati: sicut  
mihi Italiam linquenti contigit. Hæc vere  
fuit ipsius Pauli sententia, ut cuilibet illius  
verba exactè consideranti manifestum esse  
potest. Neque scio quo pacto ex illis verbis  
purgatorium vestrum erui possit. imò ei plä-  
nè repugnant. Primum, quoniam purgato-  
rij vestri (ut dicitis) ignis, vere ignis est, ve-  
req; cruciat. Paulus igitur dixisset, eum qui  
per purgatorium, ut uobis placet, seruatur,  
per ignem seruari: at qui dixit, quod saluus  
erit tanquam per ignem, ac si dixisset, sal-  
uus erit, sed omnibus illis operibus quæ ma-  
gnificiebat nudatus: saluum se per Christū  
sentier, sed probris omnibus meritis priua-

tum

tum tanquam ab igne combusta essent. Præterea manifestum est, eo igne, de quo Paulus ibi loquitus est, opera doctrinasq; probari num bona sint, nam si bona non sunt, exuruntur & infumum conuertuntur: si autem bona, perdurant, & mercedem afferrunt, ut ipse Paulus scripsit. Quoniam vero in igne purgatorij vestri neque opera, neque doctrinæ examinantur, sed tantummodo animæ illic cruciantur, sicut perhibetis, ob id necessario sequitur, Paulum de igne metaphorice loquutum esse. Si in igne purgatorij vestri omnia opera & doctrinæ examinarentur, fatendum esset neminem in paradisum aut infernum ingredi, nisi prius in purgatorio fuisset, & suorum operum ac doctrinæ examen sustinuisse, cui rei uos non a sensueros scio. Non est igitur materialis purgatorij vestri ignis, qui sicut Paulus scripsit, urat, absumat, & infumum resoluat, ligna, fænum, stipulas, hoc est, humanas doctrinas, commenta, & opera, declarans omnia hæc ad ædificium ecclesiæ Dei non solum inutilia esse, sed obesse etiam: verum at

dens illud lumen Dei haec omnia operatur.  
Neque Paulus dixit, sicut vos dicitis, in  
igne illo animas purgari, sed per eum exami-  
nanda esse opera nostra dixit. probatorius  
igitur ignis dicendus esset, non purgatorius.  
Certum præterea est, pseudoministros illos  
qui Christo figmenta sua superstruebant,  
mortaliter (ut vos loquimini) peccauisse.  
Aut igitur eos pœnituit antequam more-  
rentur, & hoc pacto nihil opus fuisset illo-  
rum opera excutere, ut veniam conseque-  
rentur à Deo, aut si non pœnituit, damnati  
sunt, absq; hoc quod in purgatorium ingres-  
si sunt ut operum experimentum fieret. Si  
igitur vultis Paulum prædicto loco de igne  
purgatoriū vestri loqui, sibi ipsi contrarium  
facitis. Adhac proferre possem Paulum  
per ignem, intellexisse ignem inferni, si-  
Super 65. cap. Isaiæ, cut Hieronymus interpretatus est: sed e-  
& super 2. ius interpretationem non probbo. Vel re-  
Jeremiæ. Elius, quod per ignem intellexerit præsen-  
tis vitæ tribulationes, quibus tanquam  
in ardenti fornace electi, & eorum ope-  
ra probantur, quemadmodum multi ex-  
posuerunt.

posuerunt, præcipue Augustinus. Alias In præfa-  
quoque eius Paulini loci interpretationes in  
medium adferre possem, quæ non ita repu-  
gnarent illius verbis, ut vestra: sed quia  
non adeò adamus, sicut vera illa à no-  
bis tradita quadrarent, siccirco ne fruſtra  
tempus teram eas omitto. CAR. Nonne me-  
ministi Christum de peccato in spiritum san-  
ctum loquentem dixisse, illud non remitten- Matth. 12.  
dum neque in hoc seculo, neque in futuro?  
igitur aliquid peccatum in futuro remittitur:  
non in paradiſo, quoniam non ingrediuntur  
nisi qui omni ex parte ab omni peccati labe  
purgati sunt, neque in inferno, in quo nul-  
la est redemptio. consequens igitur est ut  
dicamus remitti in purgatorio. Ergo pur-  
gatorium esse, ex verbis Christi manife-  
stum est. THE. Miror equidem vos, cum  
tantam dialeclices cognitionem iactetis, i-  
gnorare, aut diſsimulare, quod ex puris ne-  
gatiuis nulla sequatur affirmativa. Christus  
potuifset ita loqui, Peccatum in spiritum san-  
ctum non remittetur, neque in hoc seculo,  
neque in inferno: quod si ita loquutus effet,

verum dixisset, neq; ex verbis illius inferre  
licuisset, aliquod peccatum in inferno remit-  
ti. Eodem plane modo ex ijs verbis quibus  
vñs est, non licet inferre, ergo in futuro se-  
culo aliqua peccata remittuntur, præcipue  
cum Christus intellexerit, conuitum in spi-  
ritum sanctum non remittendum in æter-  
num, sicut Marcus expreſſe dixit. Manife-  
ſtum præterea est Christum dicentem, con-  
uitum in spiritum sanctum non remitten-  
dum neque in præſenti ſeculo, neque in futu-  
ro, de culpa locutum eſſe: quare ſi conſequen-  
tia veftra valeret, ſequeretur aliquam cul-  
pam remitti in futuro ſeculo, quod minime  
concederetis. Nam ſicut vos ipſi fertis, in  
purgatorio non remittuntur culpe, cum iam  
remiſſe ſint in præſenti vita, ſed ſatis fit de-  
bit&pœna. Tametsi autem Christus expre-  
ſſe dixisset, in futuro ſeculo aliqua delicta re-  
mitti, quatenus pœna illis debit&satisfit, ex  
illis tamen verbis purgatorium ueſtrum in-  
ferre nequiretis. Nam, ſicut vos dicitis, cum  
peccatis venialibus temporalis pœna debea-  
tur, non æterna: cum quis reprobus moritur



¶ ad inferos tendit, si propter peccata sua mortalia debentur ei in perpetuum, exempli gratia, gradus quinquaginta pœnæ, propter venialia vero, per annum unum gradus unus: per totum primum annum continuè pœnam patietur graduum quinquaginta unus, deinde ubi venialibus satis fecerit, patieretur in perpetuum & continuè pœnam graduum quinquaginta tantum. Ex eo igitur quod in futuro seculo pœna satisfiat, non sequitur purgatorium vestrum esse, siquidem iuxta theologiam vestram, peccata venialia in inferno remittuntur. CAR. Si Euangelij cognitione praeditus es, purgatoriū non negares. THE. Imò quia praeditus sum, propterea ipsum nego. CAR. Scis Christum di Matth. §. xisse, dum in via es cum aduersario tuo, da operā ut conueniat tibi cū illo, ne iudicite tradat, iudex autem ministro, & in carcere rem coniicularis. nam si coniectus fueris, non exibis inde, donec ad extremum quadrantē persolueris. Necessariò igitur dicendum est, esse locum quendam in altera vita, in quo debit is satisfiat. Quia verò paradisum eum

esse affirmare non possumus, quoniam in ipsum non ingrediuntur nisi quibus debita omnia remissa sunt: neque etiam infernum, nam qui ingrediuntur, amplius non exeunt: necessarium est, esse locum quempiam tertium in quo peccata purgentur, ut animæ igne qui illic est purgare, paradisum deinde ingrediantur. THE. Quantum ego animaduerto, pessima hæresi infestis, non enim creditis matrem Christi virginem semper fuisse. CAR. Imò virginem semper fuisse, ante partum, in partu, & post partum credimus. THE. Nonne autem creditis verum esse, quod in Euangeliō scriptum est, Iosephum scilicet matrem Christi non cognouisse, donec filium suum primogenitum, id est, Christum peperisset? CAR. Ita credimus. THEO. Ergo, iuxta interpretationem vestram, eam cognouit postquam peperisset. CAR. Ad uerificandum Euangelistæ dictum, quod Ioseph matrē Christi non cognouerit, donec filiu[m] suum primogenitū peperisset, sufficit quod eam non cognouerit usq[ue] dū ipsum peperisset: neq[ue] necesse est quod eam postea cognouerit.

gnouerit. proinde consequentia tua inualida  
est, non cognouit eam donec peperisset, ergo  
cognouit eam postmodum. THE. Tua perin-  
de inefficax est ut mea: Nō exhibit donec vni-  
uersum debitum persoluerit, ergo aliquando  
vniuerso debito satisfaciet, & exhibet. Nam  
ut verum sit Christi dictum, satis est si non  
exeat donec vniuersum persoluerit. neq; ne-  
cessere est ad verificandum ipsum, ut aliquan-  
do vniuersum persoluat & exeat. Ideò licet  
Christus per iudicē, Deū intellexerit (quod  
falsum est) & per ministrum, diabolū: non  
tamen necessario consequeretur, per carcere  
intellexisse purgatorium. Nam dictum Chri-  
sti verificatur in ijs omnibus qui descendunt  
in infernum, quoniam illinc nō exhibunt, donec  
in uniuersum satisfecerint. quia uero nunquam  
in vniuersum satisfacient, sic circa nunquam  
exibunt. quod aut̄ res ita se habeat, manife-  
stum est ex ipsius Christi verbis, qui alio lo-  
co serui illius parabolam narrans, qui con-  
serui sui misertus non erat, quemadmodum  
eius misertus erat dominus suus, consimili-  
bus verbis viens dixit, traditum fuisse in

manus ministrorum ut cruciaretur donec totum debitum persolueret. Manifestum est eum ibi de his qui in inferno in manus dæmonum traditi sunt, ut supplicijs afficiantur donec in uniuersum satisfecerint, locutum esse. quia verò uniuersum debitum illi nunquam persoluent, ideo sempiternis afficiuntur supplicijs. Quòd autem ibi loquatur de his qui damnationi addicti sunt, hinc patet, quoniam loquitur de his qui iniurias non cōdonant, quos rectè infernum petere, nō purgatorium clarum abundè est. proinde in fine subnectit: sic faciet vobis pater meus cœlestis, nisi ex animo fratribus vestris eorum delicta condonaueritis. in carceres igitur cōiici donec toti debito satisfiat, non est coniici in purgatorium. Possim & alio modo probare, Christum loco abs te citato de purgatorio loqui noluisse. Quero igitur, qui pacem cum proximo suo non habet, neque ei cum illo conuenit donec viator est in præsenti vita, peccat ne mortaliter (ut verbis vestris viar) an venialiter? C. A. R. Mortaliter. THE. Ergo si ita moriatur, Deus summus

index

index tradet eum in manus dæmonis, ut eū  
coniçiat non in purgatorium vestrum, sed  
in infernum, siquidem morietur in peccato  
mortali. Hocque pacto Hieronymus super  
Threnos Ieremie ea Christi verba interpre  
tatus est. Omitto quod traditionibus vestris  
minime consentaneum est, eos qui in purga  
torium coniecli sunt, ideo coniectos quod il  
lorum aduersarij in manus iudicis eos dede  
rint, ut Christus dixit. Vesta itaque inter  
pretatio uerbis Christi minime quadrat, sed  
repugnat potius. CAR. Quo pacto igitur in  
telliges & verificabis verba Christi?

THE. Dicam: Cū Christus ostenderit con - Matth. 5.  
cordiam sibi usque adeo gratam esse, ut nul  
lum non sacrificium spernat quod absque ea  
fit, ita ut malit sacrificijs carere ad tempus,  
modo reconciliemur nobis inuicem: innuit  
multò min⁹ debere nos sollicitos esse, licet ali  
quid de iure nostro decedat, ut amicitiam  
reintegremus & conseruemus cum proxi  
mo nostro. licet enim aduersarius noster ini  
qua à nobis posceret, modo diuino honori ni  
hil derogarent, omnino studere deberemus

compositioni controvērsiae dum facultatem  
habemus, ac dispēndij aliquid potius sustine-  
re, quam contendere. Nam contendentes in  
iudicio, licet contingat sententiam pro nobis  
ferri, plus tamen dispēndij sentimus, quam  
si amicē rem componeremus. inter litigan-  
dum enim iacturam facimus amicitiae &  
pacis proximi, qui longē preciosior est om-  
nibus humanis diuitijs. accedunt præterea  
multæ animi perturbationes, iactura tem-  
poris, ac interdum maioris pecuniae, iudici-  
bus, aduocatis, & procuratoribus exposi-  
tæ, quam si ab initio aduersario nostro quic-  
quid postulabat, cōcessissimus. facile etiam  
animam, regnum cœlorum, & gratiam  
Dei perdere possumus. Præterea dubium est,  
ne iudex contra nos, licet causæ nostræ iura  
faueant, sententiam ferat: id quod multis cō-  
tigit. Tunc enim præter dispēndia iam di-  
cta illud quoque subiremus, quod aduersa-  
rius noster laceſitus, iratus & vīctor, iudi-  
ci nos traderet, iudex autem publico mini-  
ſtro, qui carceribus nos includeret, in quib⁹  
corporis simul & honoris detrimentum pā-  
tere-

pateremur, nec illinc exiremus donec extre-  
mum quadrantem persoluissimus: cū ab  
initio longè minori dissipatio cum ipso aduer-  
sario pacisci patuerimus. Quocirca animad-  
uertere facile quiuis potest, quantopere sen-  
sus verborum Christi dissipat à vestro pur-  
gatorio, quod illis ipsis adstruere uos nihilominus non pudet. CAR. Paulus tamen di- Phil. n.  
xit, quod Christo inflectent genu non so-  
lum cœlestia, & terrestria, sed inferna eti-  
am. & pro infernis neque dæmones, neque  
damnatos intellexit, quoniam illi nunquam  
Christo genua flectent. Ut igitur verificemus  
Pauli verba, necesse est intelligere de his qui  
in purgatorio erunt. ergo purgatoriū esse oportet. THE. Pauli verba pro animabus quæ in  
purgatorio sunt interpretari non possumus.  
loquitur. n. de die iudicij, in quo apparebit  
gloria Christi. tunc enim, sicut vos ipsi per-  
hibetis, non erit amplius purgatorium. Pa-  
lus vero hoc insinuare voluit, quod in die il-  
lo, ac postea in perpetuum, uniuersas creatu-  
ras Christo tanquam ipsorum Domino subiectas  
cōspiciemus, dæmones quoq; et dñarios, qui

velint, nolint Christo obedient & genua fle-  
 tent. Neque est quod mireris damnatos ip-  
 sos gloriam Dei & Christi illustraturos, na-  
 Apoc. s. ficut in Apocalypsi legitur, etiam in anima-  
 ta quæ sub terra sunt eam illustrabunt. Por-  
 rò ex animo vobis consulo, ne plura sacrarū  
 scripturarum testimonia ad probandū ve-  
 strum istud purgatorium adducatis, nam si  
 hac tñ adducta, quæ Achilles vestri sunt,  
 non pro uobis sed contra uos potius faciunt,  
 quid de reliquis sperandum est? CAR. Sed  
 & David dixit, igne me examinasli, nec in  
 uenta est in me iniquitas. THE. David præ-  
 dicto loco non de igne purgatoriij vestri, sed  
 de afflictionibus præsentis seculi locutus est.  
 verbaque cum Deo faciens hoc exprimere  
 voluit: Quemadmodum aurum igne exami-  
 natur & probatur: ita tu Domine tribula-  
 tionibus me examinasli, & in te amando  
 constantem ac firmum inuenisti. In purga-  
 torium vestrum Deus (sicut traditiones ve-  
 stræ habent) animas non coniicit ut exami-  
 nentur, quod David dixit, sed ut patiendo  
 peccatis proprijs satisfaciant. Quod si ad  
 pro-

DE PURGATORIO. 27  
ad probandum eas in purgatorium daret, no  
sine iniquitate illas, sicut Dauid dixit, inue  
niret: sed peccatis inquinatas, & propter  
peccata supplicij affectas. Purgatorium i  
taq; vestrum demoliuntur autoritates quas  
ad firmandum ipsum producitis. CAR. Ali- Psal. 68.  
bi quoque idem Dauid dixit, transiimus  
per ignem & aquam, purgatorij scilicet, &  
eduxisti nos in refrigerium, id est in paradi  
sum. THE. Nonne animaduertis Dauidem  
loco citato de eleclis loqui, quos Deus in præ  
senti seculo temptationibus, afflictionibusq;  
& angustijs in officina spiritus sancti exer  
cet, quo mundo moriantur, ac deinde ad ma  
iorem quietem, tranquillitatem & pacem  
transeant? CAR. Zacharias tamen scribit, Zach. 9.  
eos qui in lacu vinceti erant, id est, in purga  
torio, liberatos fuisse. THE. Hieronymus  
interpretatur de his, qui cum in Adamo da  
nati essent, per sanguinem Christi a pecca  
to, morte, legis seruitute, & ab omni malo  
liberati sunt. CAR. Vide Ecclesiasten in quo Eccle. 4.  
mentio sit eorum qui a catenis & carcere li  
berati, hoc est, a purgatorio, in regnum, hoc

est, in paradisum, ubi sancti cum Christo  
regnant, translati sunt. THE. Manife-  
stum est, praeципue ex uerbis mox subsequen-  
tibus, eum rerum humanarum vicissitudi-  
nem & inconstantiam ostendere, non solum  
exemplio eorum qui è carceribus ad Regiam  
dignitatem euhuntur, sed eorum quoq; qui  
Reges nati, ad paupertatem redacti sunt.

Leu.12.

CAR. Nonne scis in libro Leuitici prohibi-  
tum fuisse ingredi in sanctuarium, priusquam  
purgationis tempus impletum esset? THE.  
Proh stupidum hominum genus, fieri ne po-  
test ut hebeti adeò ingenio sitis, ut non ad-  
uertatis Mosen de mulieribus loqui, quas u-  
bi pepererant, tantisper à sanctuario, sive à  
loco tabernaculi abarcebat, donec purgatio-  
nis illarum tempus à se prescriptum imple-  
tum esset?

Iob.19.

CAR. Dixit Iob, miseremini mei,  
miseremini mei, saltem vos amici mei. &  
hac locutus est personam gerens eorum qui  
sunt in purgatorio: hucque respicit ecclesia  
quando ea verba recitat in officio pro de-  
functis. THEODID. De seipso, etiam  
à proprijs amicis derelicto, Iob loquitur, ut

ex

D E P V R G A T O R I O. 29

ex præcedentibus & sequentibus verbis patet. Nulla est adeò monstruosa chimera quam probare quis non possit, si peruerse adèò scripturas sacras à germano sensu detor quere velit, sicut vos detorquetis. Nihilominus quò inceptius eas contra veritatem adduxistis, hoc me in ea magis confirmastis. quapropter inceptiæ vestræ fructu non carent.

FRANCIS CANVS. Sinite me paulisper loqui, videbitis enim eum obmutescere, nam purgatorium rationibus efficacissimis & insolubilibus ei probaturus sum. Responde mihi, Credis ne animas in vitam aeternam intrare, dum aliquo peccato inquinata sunt? THEOD. Nequaquam, nam scriptum est: Nihil coquinatum intrabit in regnum cœlorum. FRAN. Animæ verò quæ intrant, satisfaciunt ne peccatis suis illic in regno? THEOD. Necesse est satisfactum esse priusquam ingrediantur. Non enim in regnum cœlorum ingredimur debit is peccatorum oppressi, neque ut peccatis satisfaciamus, sed ut Deo fruamur cum Christo. FRANCISC. Reclè;

proferamus igitur in medium scelerosum  
quempiam, qui nuncusque flagitiosissime ui-  
xerit: hunc hodie omnium scelerum suorum  
verè pœnitentia, & illico moriatur absq; ul-  
la satisfactione. quero, quo anima illa ten-  
det? non potes respondere quod in infernum  
rendat, cum verè illum pœnituerit peccato-  
rum, ac proinde Deo gratus sit. sed neque in  
regnum cœlorum, cum peccatis suis non sa-  
tisfecerit. ergo in purgatorium ire dicendum  
est, in quo tandem moram trahet, donec om-  
niex parte satisfecerit: tunc liberatus à debi-  
tis, ad vitam eternam se conferet. ergo pur-  
gatorium esse necesse est. THE. Animam  
illam illico in cœlum euolare credo. FRA.  
Qui fieri hoc potest, cum peccatis illius non  
dum satisfactum sit? THE. Cum is sit ex e-  
lectis Dei, sicut statuis, quia in Domino mo-  
rietur, Christum pro eo satisfecisse creden-  
dum est. FRA. Christus pro electis suis non  
in uniuersum, sed tantummodo aliqua ex  
parte satisfecit, proinde necesse est ut nos sup-  
pleamus. THE. Si verum dices, Christus  
non fuisset perfectus Redemptor, cum nos  
ab

ab omnibus malis quibus propter Adami peccatum obnoxij factis sumus, perfectè non liberarit: id quod Pauli sententia aduersare- Rom. 5. tur, qui scribit, Christum plus mundo profuisse, quam nocuerit Adam. FRA. Christus pro electis suis omni ex parte non satisfecit, propter maiorem suam gloriam, & illorum felicitatē? THEO. Imò summam Christus gloriam, & electi summam consecuti sunt felicitatem, si omni ex parte liberati sunt, sicut reuera sunt liberati: præcipue quoniam dum electi viua fide hoc ipsum verum esse credunt, diuino amore flagrantes, opera magna & dunt, ne minimam quidem utilitatem propriam, sed solam Dei gloriam respicientes. FRA. Si per Christum electi perfectè liberati essent, virtutum exercitium prætermitterent: nunc autem ei incumbunt, suis satisfactionibus. Præterea si scirent se propter peccata nihil passuros, à peccando non desisterent, nunc autem formidine pœnae desistunt. THE. Primum, qui, ut vobis placet, in purgatorio sunt, quoniam non amplius peregrinantur, sed ad terminum suum

peruenerunt, neque in virtutibus vllerius proficere, neque à diuina gratia excidere pos sunt, iccirco vester ille ignis neque ut secundum virtutem operentur, neque ut immunes à peccatis cōseruentur, facit. Porro si de his qui in præsenti vita sunt, loquamur, si ut peccatis satisfaciant, & ut proprijs affectibus indulgeant, nō autem ut solam Dei gloriam promoueant (quemadmodum faciunt qui Christum pro se in uniuersum satisfecis se credunt) patiuntur, manifestum quidem est, eos veris virtutibus minimè operam dare. Tametsi autem seruilis pœnæ timor non-nihil faciat ut manus à peccando abstineat, non tamen potens est efficere ut voluntas ipsa, sicut necesse est, à cupiditate aliena sit: quinimo cum par sit ut Deum summopere amemus, seruilis timor efficit ut proprium amorem sectemur. Quapropter electi, ut potestate qui spiritu eximium Christi beneficium, et immensam patris charitatem sentientes, diuino amore capti sunt, contumelijs quidem Deum propter amorem quo illum prosequuntur, non afficiunt. Temperant verā à pec-

peccatis partim etiam propter timorem,  
non quod credant Deum de se supplicium sum  
pturum ut sibi ipsi satisfaciatur, cum iam a-  
bundet in Christo sibi satisficerit & placa-  
tus sit: sed quia sciunt eum filios suos, prae-  
cipue quos impensius amat, castigare cum  
peccant: id quod facit ut ad resipiscientiam  
& humilitatem eos reuocet, & a ceteris  
peccatis preseruet, ut in patientia, reliquis-  
que virtutibus exerceat, denique ut perfe-  
ctos efficiat, & gloriam suam illustrem red-  
dat, sicut clarum est per exemplum eius qui  
cæcus erat à nativitate, Iobi, multorumque  
aliorum. sed et eos qui leuius peccarunt, severi-  
us quandoq; punit, quoniam ita ipsis expedit.  
FR A. Deus igitur, iudicio tuo, non punit  
nos ut sibi satisfaciatur. THE. Si iustus Prin-  
ceps non ideo in subditum suum animaduer-  
tit, ut vel bilem euomat, vel illius sanguine  
iræ sua satisfaciatur, hoc enim tyranicum est,  
sed charitate & amore quo illum reliquos-  
que subditos suos prosequitur, ad animaduer-  
tendum in eum mouetur, ne vel ipse, vel a-  
lius quispiam subditorum eius exemplo

tales crimen committat, id quod facit & bonus pater, quando filios castigat: quanto magis Deum quoque eodem modo nobiscum agere credendum est, cum iustitia & charitate homines longè præcellat? Deus igitur electos suos non punit, nisi ut benefaciat illis. Porro quoniam, sicut dictum est, nullo pacto ex re earum animarum esset, quæ secundum vos, in purgatorio sunt, si Deus illas ibi puniret: credendum ictus est, purgatorium nihil aliud esse quam imaginationem & commentum uestrum. Vnde autem nobis, si aliqua ex parte peccatis nostris satisfacere ipsi cogeremur, nemo enim saluaretur. Etenim non solum Dei bonitas & innumera illius in nos beneficia exigunt, ut continuè & semper quicquid possimus in ipsius gloriam faciamus: sed unicum hoc beneficium, quod esse nobis dederit, ut continuum, supremum, & perpetuum ei præstemus honorem postulat. Quoniam autem nunquam ei debitum honorem reddimus, sed in hoc semper deficimus, non video qui fieri possit, ut præter id quod ad illustrandam illius gloriam.

am omne quod debemus, propter infinitam suam bonitatem, sapientiam, potentiam, iustitiam, misericordiam, reliquasque diuinas perfectiones, præcipue vero propter immensum illius erga nos amorem, operemur, peccatis insuper nostris satisfaciamus. Ut autem clarius adhuc hoc ipsum vobis ostendam, sciendum est Christum, licet perfectissimus fuerit, perfecteque diuinam legem obseruarit, neque supererogationis opera (ut loquimini) neque ultra debitum suum operatum esse: quod tamen vos prestare posse falso imaginamini. Etenim Christus, ut homo, præter id quod debuerat propter Dei gloriam, & propter accepta beneficia operari pati, nihil amplius operatus neque passus est. FRA. Cum Christus innocens fuerit, moriendum quidem illi non erat pro peccatis suis. THE. Verum. FRA. Moriendo igitur plus quam debuerit, fecit. THE. Ad illustrandam patris gloriam non solummodo unam, sed innumeras mortes subire debuerat, si fieri potuisset, & expedisset. Quoniam autem Deus volebat, & ad gloriam

Lib. 3.  
dist. 19.

suam faciebat, ut sic pro peccatis nostris moreretur, ideo pro ipsis mori debuit, licet proprijs peccatis mori non teneretur, siquidem innocens erat. Moriendo igitur non plus quam debuerat, fecit, sed solum quod debebat: quandoquidem quidam operari & pati debebat, modo gloriam patris illustraret. Quinimo ipse Scotus tuus dixit, Christi merita, licet ut homo, non ut Deus meruerit, in infinitum preciosa esse: non quidem quia opera illa meritoria, propria natura infiniti meriti & excellentiae fuerint, cum inseparata & determinata essent, sicut & anima que merebatur, & à qua proficicebantur: sed quia pater mera gratia sua ea pro operibus infiniti pretij acceptauit, licet in se, propriae natura infinito preziosa non essent. congruumque & conueniens fuit, ut pro operibus infiniti meriti ea acceptaret, quandoquidem is qui operabatur & patiebatur infinitus erat, quid Deus & homo erat. Ideo si Deus ipso iuris rigore causam nostram definire, nec ultra in parte nobis gratificari, sed pro me-

rito

rito nos tractare voluisse, & meritoria Christi opera librasset, ea in se, propriæ natura, sublata omni diuinæ acceptationis gratia, adeò efficacia non reperisset, quæ Deum ad condonandum nobis peccata nostra obstringere potuissent. gratiâ igitur solummodo cum obstrinxerunt, sicut etiam gratiâ, non propria natura, pro peccatis nostris satisfecerunt. Quod igitur attinet ad id quod dicebas: sclestissimum quempiam conuersum, & repente mortuum, absque satisfactione pro peccatis suis, necessario in purgatorium concessurum, respondeo, illum concessurum in paradisum absque illa sua satisfactione in praesenti seculo facta, aut in futuro, tantummodo propter satisfactionem Christi, propter quam & reliqui omnes electi illic concedunt. Exemplo tibi est bonus latro, qui eodem quo conuersus est die, in paradisum rectâ se recepit, præterito vestro purgatorio. FRANCIS CANVS. Bonus latro post suam conuersiōnē in cruce passus est, & patiende

peccatis suis satisfecit. THE. Nemo tardè  
adeò conuertitur, quin post suā conuersiōnē  
patiatur, moriendo saltem. Quapropter ele-  
cti omnes hoc pacto peccatis suis satisface-  
rent morientes, sicut & bonus latro satis-  
fecit, ut tu iudicas. atque ideo necessarium  
haud esset purgatorium vestrum. FRAN.  
Reliqui electi non tantum patiuntur, quan-  
tum passus est bonus latro. cū itaq; non satis  
fecerint in præsenti vita quancum satis est,  
supplent in altera vita, id est, in purgatorio.  
THE. Satis est quòd patientur dum mori-  
untur, tu autem scire non potes, an quod sa-  
tis sit pro peccatis suis patiatur: proinde nec  
potes hinc purgatoriū tui fundamentū crue-  
re. fortasse etiam reliqui electi non adeo gra-  
uiter peccarunt, sicut bonus ille latro. Præ-  
terea quicquid latro ille in cruce passus est,  
ut mundanæ iustitiæ satisfaceret, quæ pro-  
pter scelera commissa cruce dignum eum iu-  
dicauerat, pati debuit: quare passione illa  
sua peccatis suis non satisfecit. Accedit eti-  
am, quòd ad gloriā Dei pati debuerat, quic-  
quid est passus. Cum igitur nihil ultra  
debitum

DE PVRGATORIO.

39

debitum suum passus sit, inferendum est, iuxta traditiones vestras, illum sua passione peccatis suis non satisfecisse, præsertim cum non plus mereatur, qui plus patitur, sed quia maiori cum fide cum charitate patitur.

FR. A. Boni latronis fides magna admodum fuit, sicut & charitas, propterea peccatis suis satisfecit. Non omnes autem reliqui eleclie tanta fide tantaque charitate pollent, ideo non omnes peccatis suis satisfaciunt dum in præsenti vita sunt. Necesse ergo est purgatorium in altera vita pro ijs statuere. THE. Primum quidem istud te latet, an reliqui eleclie & quali cum bono latrone fide prædicti fuerint, quare tua ista hæc ratio non necessario purgatorium probat: at qui uos purgatorium fidei articulum constituistis. Tametsi autem scires eorum aliquem in fide infirmiore fuisse, cum præfinitam fidei quantitatatem que cuique sufficiat, ut peccatis suis satisfacere possit, nescias, atque etiam num illi tantam habuerint, quanta satis erat, dubitandum saltem esset, num in præsenti vita satisfecerint nec ne? atque ideo minime certus es

purgatorium esse. Præterea responde ad hoc,  
credis ne latronem bonum summam habu-  
isse fidem, & charitatem quæ haberipos-  
sit? FRAN. Fidem illius pariter & cha-  
ritatem magnam quidem fuisse, sed tamen  
maiorem, fieri potuisse credo. THE. Credi-  
dit igitur & amavit imperfæctè, quoniam  
non credidit, neque Deum amavit suppre-  
ma illa fide & charitate, quibus à nobis a-  
mandus & colendus est. Quamobrem in  
Deo credendo, & eum amando peccauit,  
quatenus non perfectè adeò amavit, neque  
credidit sicut debuit, quoniam vero fieri nō  
potest ut quis eodem actu peccet, & merea-  
tur: sic circò concludendum est, illum fide sua  
& charitate peccatorum suorum satisfactio-  
nem non promeruisse, cum credendo &  
amando peccauerit: quemadmodum & nos  
reliqui omnes peccamus. Inferendum igitur  
est, per solam Dei gratiam, & per Christum  
nos in conspectu Dei ab æterno iustificatos,  
& à peccatis liberatos esse: in tempore ta-  
men postea per fidem iustificari, ut Paulus  
compluribus in locis, & etiam per  
cha-

charitatem, ut Iacobus, scripsit. Non quia fides nostra et charitas tantæ dignitatis aut excellentiæ sint, ut apud Deum peccatorum nostrorum remissionem ullo modo mercantur, quandoquidem viraque illarum in nobis semper imperfecta est, ac cum defectu. Verum fides nos iustificat, quatenus nos per Christum, & per meram Dei gratiam iustificatos fide sentimus. Sic & charitas nos iustificat, quatenus per illius opera à nobis edita, nos viua fide sensisse, quod in conspectu Dei iusti simus, & quod condonata nobis sint peccata nostra ostendimus. Sicut inter cetera exempla, de peccatrice illa le- Luc. 7. gimus, quæ multis illis operibus & signis charitatis erga Christum, se viua fide sensisse, quod condonata sibi essent peccata, quodque iusta esset in conspectu Dei, declarauit. Quisquis igitur in fide moritur, siue ea modica sit, siue multa, modo vera, & viua sit, CHRISTVM non aliqua ex parte tantum, sed perfèctè omnino peccatis suis satisfecisse, sicut re vera satisfecit, sentit: alioqui

fides illa sua vera non esset. Proinde ex hac  
vita ab omni culpa & poena absolutus mi-  
grat. Quod autem plane res ita se habeat,  
hinc disces: His qui in extremo vite arti-  
culo conuertuntur remittit ne Deus pecca-  
ta in uniuersum, an partim? FR. A. Culpam  
in uniuersum remittit, poenam vero non i-  
tem, sed ex parte tantum. cum enim eterna  
esse deberet, in temporariam commutat. E-  
tenim nisi conuersi essent, in eternum crucia-  
ti fuissent in inferno: cum autem conuersi sint,  
crucia buntur ad tempus in purgatorio. Que  
admodum enim si Regem iniuria quapiam  
affecisses, ita ut non solum a Regia gratia  
excidisses, sed præterea perpetuos carceres  
meruisses, Rex posset non solum te in gratiam  
suam recipiendo, iniuriam remittere, sed e-  
tiam perpetuos carceres in temporarios per-  
mutare: ita Deus his qui ex hac vita poenit-  
tentia quidem tacti, sed sine satisfactione  
pro peccatis migrant, culpam totam condo-  
nat, in gratiam eos recipiens, sed vult ut pa-  
tiantur in purgatione ad tempus quoddam  
præscriptum. Quod si eos non paenituisse, poe-  
nis

nis inferni perpetua addicti essent, & à gratia Dei excidissent. THE. Quomodo verisimile est, Deum in uniuersum culpam illis remittere, quæ opus nostrum est, & magnum malum, nec remittere totam pœnam, quæ opus suum est? Si credis Deum in re adeo magna illis gratificari, ut omnes culpas, tamet si graues et innumerabiles, remittat, miror quidem quod non credas etiam illum gratificari in re parua, videlicet ut omnem pœnam remittat. Si confessiones & satisfactio- nes vestre possunt, ut vos perhibetis, in uniuersum culpas remittere, cur non & pœnas? FR. A. Deus non remittit illis pœnam in uniuersum, propter beneficium ipsorum.

THE. Evidem nescio quid beneficij confe- ratur in eos, qui sunt in purgatorio dum præpediuntur quominus ad beatam vitam trans- eant: dumque tantopere, ut fertis, patiun- tur, nec gratiae, meritorum, aut virtutum augmentum ullum sentiunt, quod vosipsi fatemini, quoniam non amplius viatores sunt, sed ad terminum peruenierunt. Praeterea, si in rem suam est, ut in purgatorio maneant,

inde eos liberare missis vestris & indulgen-  
tias non deberetis, sed sinere usque ad prescri-  
pum tempus a Deo. si autem ex re non est,  
ut ibi maneant, Deus eos in purgatorium  
concludere non deberet, neque ibi seruare. Fal-  
leris praeterea, si existimas Deum electos su-  
os quando sunt in peccato, odio prosequi, &  
denuo in gratiam suam illos recipere, & ad  
beatam vitam eligere cum resipiscunt. Ta-  
etsi enim Deus peccatum semper odio prose-  
quatur, non tamen odit creature suas, &  
principue electos. immo quemadmodum conti-  
nue & semper eos cognoscit, & pro electis  
suis & filiis habet, ita semper eos amat ad  
vitam aeternam. Electique ipsi quando con-  
uertuntur propter viuum, quo prediti sunt  
Dei lumen, per Christum, puramq; Dei gra-  
tiam, remissa sibi esse peccata spiritu senti-  
unt, & datam sibi gratiam non recenter,  
2. Tim. i. sed ante mundi constitutionem, ut Paulus  
scripsit: immo quod peccata nunquam sibi im-  
putata sint ad mortem aeternam, sicut Da-  
uid dixit. FRANCISCANVS. Si quis ele-  
ctus in peccato mortali moreretur, nonne  
cre-

credis illum damnatum iri? THE. Quod im  
 possibile est ponis, aliquem uidelicet electum  
 esse, & in peccato mortali mori. necesse e-  
 nim est, eum in Domino mori, si electus est.  
 Falsum itaque est, quod ait, Deum recente  
 culpam omnem remittere, paenam vero ex  
 parte tantum. FR. A. Scriptum nihilomi-  
 nus est, Deum odire quotquot operantur ini-  
 quitatem: ergo odit & electos cum peccant,  
 sicut etiam amat cum resipiscunt. THE. Quemad-  
 modum ubi Deus peccatori irascitur, id non ac-  
 cedit quia Deus ipse turbetur et contristetur,  
 ut qui in seipso immutabilis, purissimus,  
 et felicissimus sit, sed quia absq; ulla sui ipsi-  
 us mutatione illum punit, sicut etiam placatur  
 quatenus citra sui ipsius mutationem eum non pu-  
 nit: ita cum dicimus Deum odire, aut amare crea-  
 turas, non est intelligendum odium et amore pas-  
 siones esse in Deo, sicut in nobis, neque quod  
 in seipso affectionem suscipiat odij uel amoris,  
 cum natura sua simplicissimus sit et immuta-  
 bilis. Sed eatenq; nos amare dicitur, quatenq;  
 absq; ulla mutatione aut inclinatione bene de  
 nobis meretur: ita nos odire dicitur, qua-

tenus nos punit, citra ullam sui ipsius mutationem. Porro quoniam Deus non solum in reprobos propter eorum peccata animaduertit, sed electos quoque tanquam filios castigat ubi peccant, non ut ira sua indulgeat, sed ut eos corrigat & perfectos reddat: ideo dicimus eum odisse quotquot peccant, vel electos etiam, non quod illis infernales poenas unquam velit, quas reprobis vult, immo continuè & semper eos etiam peccantes, amat ad vitam eternam: sed quia ad tempus punit propter eorum utilitatem, & ut a reliquis peccatis abstineant. Quoniam autem homines odio amoreque afficiuntur, & ab uno ad alterum animum transferunt, ideo culpam iniuriā ue remittere possunt absq; remissione poenae. Quia verò Deus nullo modo afficitur, neque propter quacunque peccata commissa perturbatur, ideo dicendum est, quod quemadmodum peccatorem eatenus tantum odio habet, & ei irascitur, quatenus animaduertit in illum, ita quod culpam remittat, quatenus poenam ei debitam remittit: adeò ut sicut ira Dei nihil aliud est quam,

quām punire velle, ita eius misericordia nihil aliud sit, quām punire nolle. Ideo Chri- Matth. 9.  
stus ad scribas dicebat, ut sciatis quia filius hominis potestatem habet in terra remitten di peccata, liberabo eū ab eo morbo quo cor ruptus est propter peccata sua: quod & fecit. Quo factō ostendit, peccata remittere nihil aliudeſſe, quām pœnam peccatis debitā remittere. Si igitur ei qui quamprimum conuersus est, moritur, in vniuersum, secundum vos, culpam remittit, consequens est ut in vniuersum remittat pœnam ipsi debitam: cū apud Deum culpam condonare, nihil aliud sit quām condonare pœnam. Illud præterea abs te intelligere cupio, num qui in purgatorio vestro patiuntur, uolentes patientur, an secus: nam si non volentes (id est coacte) ne que propter Dei gloriam patiuntur, manifestum quidem est, quod peccatis suis non satisfaciant, sicut nec satisfaciunt qui munde & diaboli martyres existentes, dira patientur in præsenti vita: sin volentes, & propter Dei gloriam, miror quod ad expianda peccata tantopere & tandiu patientur, vt

ferti, cum uobis autoribus, bono latroni suis  
fecerit paululum crucis paccatis suis perfe-  
ctè purgandis. Quinimo iuxta theologiam  
vestram, qui in ignem purgatorij tantopere  
et tandem, ut dicitis, cruciantur, ut pecca-  
tis suis satisfaciant, ipsis satisfacere potui-  
sent, si in praesenti vita paululum quid paßi-  
essent, non dicam ferendis aduersis à Deo im-  
positis, sed seruandis ieunijs à se excogitatis,  
aut peregrinationibus recreandi animi gra-  
tia suscipiendis, aut rebus similibus. Imo dun-  
taxat cuculla vestra gestanda. FRA. Non-  
ne scis poenam tanto minus satisfactoriæ es-  
se, quanto minus voluntaria est? Qui in pur-  
gatorio sunt, coactè patiuntur, nos autem uo-  
lentes, ideo nobis sufficit tantillum pati, at il-  
li multum pati coguntur. THE. Negare qui-  
dem non potes, eos qui in purgatorio sunt, di-  
uina gratia et charitate ornatos, atq; ideo  
diuinæ voluntati conformes esse, volentes i-  
gitur patiuntur, non coacte: alioquin patien-  
tes peccatis non satisfacerent, sicuti satisfa-  
ciunt, iuxta sententiam vestram. FRA. Ma-  
uent in purgatorio coacti, quatenus illinc  
exire

D E P V R G A T O R I O.

exire nō licet, donec sati<sup>s</sup>ficerint. THE. Ne  
que bonus latro de cruce descēdere poterat,  
nihilominus ex necessitate virtutē faciens,  
lubēs ac volens mortiē eā ad illustrandā Dei  
gloriam patiebatur. Cum itaq; qui in purga-  
torio sunt non minori charitate nūc pr&editi  
sint, quād cum hic viuebant, non minus uo-  
luntarie eos pati credendum est. Est & alia  
ratio qu& facit, quominus credam eos qui in  
purgatorio sunt, satisfacere. Aut enim satis-  
faciunt pro ratione aut mensura tormento-  
rum & passionis, quo in casu, maximū, in-  
ter cetera, sequeretur absurdum, eos scilicet  
qui in purgatorio sunt tanto minus satisface-  
re, quanto maiorem habuerint charitatem,  
quoniam amor pœnā dulcē reddit & minuit.  
Aut satisfaciūt secundū mensuram fidei, sed  
hoc fieri nequit, quoniam fides viatorū tan-  
tum est, illi vero ad metam peruererunt.

F R A N C. Satisfaciunt secundum mensu-  
ram amoris. THEO. Non opus esset igitur  
ut paterentur, siquidem ut satisfaciant,  
non ut in virtute magis proficiant patiun-  
tur. ut enim satisfaciat, satis est quod amet,

licet non patientur. Præterea si verum est,  
quod Scotus vester dixit, actum unum a-  
moris intensum sufficere ad delendum omne  
peccatum, dubitandum non est, quin multo  
magis illorum si non actus solus, saltem mul-  
ti, sufficient ad delendam pœnam, quam, ut  
fertis, pendere debent. Adhæc, certò scio il-  
los supra debitum suum Deum non amare:  
imò quia minus quam debeat illum amant,  
ideò peccatis minime satisfaciunt. sed clari-  
us adhuc imposturas vestras propalare vo-  
lo. Laborabit quispiam graui morbo, adeò  
ut animam breui efflare cogatur, qui vel in  
dicio vestro, sanctissimè vitam transegit, et  
patienter morbum illum ferens mori para-  
tus, confitebitur, vos eum absoluetis. Præ-  
terea, quia à vestro papa impetrarit absolu-  
tionē omnis culpæ & pœna in articulo mor-  
tis, ab omni culpa & pœna absolutum pro-  
nuntiabitis. Nihilominus post confessionem  
& absolutionem iniungetis illi pœnitenti-  
am aliquam, ut satisfaciat peccatis suis. Si  
papali indulgentiæ plenariæ fidem adhibeatis  
quorsum ulterius illum pœnitentia vana ex-  
cruciatis?

cruciatis? At qui vos, ut pote qui propriæ  
utilitati studetis, ut magnam pecunia sum  
mam vobis enumeret, imponetis, pro dotan  
da aliqua paupercula orphana nepte uestra,  
vel potius filia. id quod hac ratione persua  
debitis, quod nullo alio modo peccatis satis  
facere possit, cum ager sit. Tametsi autem  
vobis enumerauerit quantum satis iudica  
stis pro expiandis peccatis, nihilominus ubi  
moritur, adhuc pro eo orandum, officiumq;  
mortuorum, vigilias, septimos, trigesimos,  
Gregorianas missulas, & anniversarias ce  
lebrandas dicitis, adeò ut in perpetuum ei in  
purgatorio manendum sit, quoniam, ut fer  
tis, semper pro eo orandum est. Si Gregoria  
ne missæ animæ è purgatorio eruere possunt,  
sanè quam primū absolutæ sunt, pro illa ani  
ma non amplius orandū esse, manifestū est.  
Quare nescio qui fieri possit, ut actus unus  
amoris intensus, ut dicitis, sufficiat ad de  
lendam omnem culpam & pœnam, sicut  
peccatrici illi suffecit, cum ei qui inculpatā  
vitam traduxerit, tantum absit ut suffici  
at fides sua, aut amor, aut tot bona opera

qua& fecerit, aut patientia in agritudine, aut contritio, aut confessio, aut peccatorum pudor, aut bonum voluntatis propositum, aut absolutiones, aut plenariae indulgentiae, aut satisfactiones, aut crucis signa, aut benedictiones, aut aspersiones, autunctiones, aut animæ commendationes, aut mortis tolerantia, aut mortuorum officia, aut thymiamata, aut candelæ, aut Gregorianæ missæ, ut etiā manendum ei sit in purgatorio in perpetuum, quoniam nullum finem orandi pro ea facitis.

FR. A. Hoc facimus ut securissimus. THE. Videlicet, ut nunquam non adsint vobis mille ille ex quibus humanum sanguinem exugatis, ac sic ignavia torpescentes cuticulam vestram illorum expensis curetis.

FR. A. Mea intentio fuit, ut dicerem, nos isthac omnia facere, ut animæ quæ ex hac vita excesserunt, tanto securiores sint de salute sua.

THE. Si scitis unumquodlibet eorum remediorum quæ ad delendam omnem penam peccatis debitam adhibere soletis, sufficiere, quorsum tot adhiberis ad parandam vobis securitatē? Sin aut̄ non sufficiunt singula quæque,

queq; miror quod ea è suggesto doceatis, tā  
quā indubitate. hinc sequetur minime verū  
esse, pap. i cœlum aperire suis clauibus. Arbi-  
tror aut vos ideo ea omnia optima et sufficiē-  
tia dicere, ut vñquodq; eoru eo carius ema-  
tur, quò pluris fit: interea tamen cupereis  
ut vnumquodq; in dubiu apud empires uo-  
caretur, quò plura emerent, nam hoc paclō  
überiores prouentus ad vos redirent. FRA.  
Si nulla alia necessitas purgatoriū exigeret,  
saltem uenialia peccata illud sibi deposceret:  
tu verò penitus id destruere vis. THE. Quo-  
niā in scripturis sacris nō reperitur hoc nomi-  
nis, peccatum veniale, abs te intelligere cu-  
pio, quid per ueniale peccatū intelligas? FRA.  
Per peccatū veniale intelligo, peccatiū uenia-  
dignū, sicut per peccatū mortale, peccatum  
eterna morte dignū. THE. Quæ obsecro sunt  
ea peccata quæ uenia digna iudicas? Ut enim  
nullum est adeò graue peccatū (sicut credo)  
quod per Christū uenia dignū non sit, et cre-  
dēti remittatur, ita nullū adeò leue, quod in  
se & propria natura absq; Christo, uenia di-  
gnū sit, imo credo oīa Christo amoto, punitiōō

2. Ioan. 5. digna esse, ac morte eterna, qualia sunt omnia reproborum peccata, pro quibus orandum non est, ut beatus Ioannes scripsit. Præterea satis assequi nequeo, qui fieri possit ut peccata venialia, quia minima sint, aqua benedicta, ut dicitis, tollantur, neque tolli possint sanguine Christi, cuius participes sunt quotquot in fide moriuntur: cuiusmodi censentur a uobis quotquot in purgatorium pergunt. Neque scio quomodo verisimile sit, pœnam eternam peccatis mortalibus debitam in temporariam permutari, ut dicitis, temporariam verò venialibus debitam eandem permanere, adeò ut necesse sit in igne purgatorij vestri ei satisfieri, neque confessiones vestras, absolutiones, iubileos, indulgentias satisfactiones, benedictiones, innumerasque alias ceremonias profuisse, quibus infirmos soletis diuexare. Sed multo magis miror quod non profuerit ei neque fides, neq; spes, neq; charitas, cū reliquis Christianis uirtutibus quibꝫ ornati moriuntur, ut fertis, quotquot in purgatorium sese conferunt. Cupio vero questionem hanc abs te dissolui: si quis  
pians

piam multa peccata commisisset, & hodie  
poenitentia duclus baptizaretur, illicoq; mo-  
ratur, quo nam anima illius abiret? FR.A.  
Illico in paradisum euolaret præterito pur-  
gatorio: baptismate enim non solum culpa  
omnis, sed et omnis poena remittitur. THE.  
Si verū est quod paulo ante dixisti, Christū  
non in vniuersum, sed ex parte tantum pro  
peccatis nostris satisfecisse, atque ideo neces-  
se esse ut nos suppleamus, is qui illico post ba-  
ptismum moritur ad purgatorium perget nō  
aliter ac ille qui illico post confessionem mor-  
tuus est, id quod aduersatur his quæ abs te  
dicta sunt. FR.A. Peccata ante baptismum  
commessa, leuiora sunt his, quæ post ipsum  
committuntur. ideo nihil est quod mireris il-  
la in vniuersum remitti, hæc verò nequa-  
quam. THE. Cum Christi passio sit infiniti  
meriti, ut perhibetis, nescio quomodo ima-  
ginari possitis eam sufficere ad delenda peni-  
tius priora peccata, posteriora verò minimè:  
quod si sufficiat, nescio qua ratione de illa  
magis participet qui baptizatur, quam qui  
confiteretur, cum utrisque ut dignè baptizen-

tur, & confiteantur fides necessaria sit, per  
quā de passione participare licet, præcipue cū  
se penumero qui cōfitetur maiorem fidem ha-  
beat, quām qui baptizatur. Si minima quæ-  
que fides, modo vera & viui sit, sufficit ei  
qui baptizatur ut meritorū Christi ita par-  
ticeps sit, ut peccata sua in vniuersum deleā-  
tur, cur ei qui confitetur, & magna fide præ-  
ditus est non sufficiet ad liberandū eū ab om-  
ni culpa & poena, præsertim cum, vobis au-  
thoribus, confessio & quæ sacramentum sit,  
atq; baptismus? Præterea tam si peccata  
post baptismum commissa grauiora sint,  
propter maiorem peccantis ingratitudinem  
multis tamen alijs de causisquæ ante baptis-  
mum committuntur grauiora interdū sunt  
& plura. nihilominus priora licet grauissi-  
ma & innumerabilia in vniuersum deleri  
vultis, posteriorib⁹ uero, licet leuib⁹ et pau-  
ciſſimis à nobis satisfaciendū staruitis. Qua  
propter manifestū abundē est vestra omnia  
humana commenta esse, quæ tantum abest  
ut sacrarum scripturarum testimonij com-  
probari possint, ut etiam contra ipsum Dei  
verbum

DE PURGATORIO. 37  
verbū à vobis excogitata sint, propter sor-  
didas vilitates vestras. BE. Si me loqui si-  
ueritis, os illi obstruam. Nescio qua fronte  
audeas purgatoriū negare, cū Ecclesia sem-  
per ipsum crediderit. THE. Ecclesia Dei nū  
quam credidit, neq; crebet purgatorium ve-  
strum. Antichristi tamen ecclesia, non qui-  
dem ab initio, sed ab hinc annos aliquot, pur-  
gatoriū esse dixit. Vide sacras scripturas, &  
in primis vetus testamentum, in quo nullam  
prorsus purgatoriū vestri mentionem inue-  
nies. Si purgatorium esset, illis magis necessa-  
rium fuisset, qui mortui sunt antequam Chri-  
stus peccata mundi in cruce expiaret, quād  
his qui post mortem Christi mortui sunt, aut  
morientur. Sed pro illis purgatorium non e-  
rat, ergo multo minus pro his erit. quōd an-  
tem pro illis non fuerit, manifestum est, quo-  
niā qui ante passionem Christi infide mo-  
riebantur, in sinum Abrahæ se confere-  
bant, quemadmodum docent Christi verba  
de mendico Lazaro. Nescio itaque quomodo  
verisimile vobis videatur, pios ante Christi  
mortem in sinu Abrahæ requiem & con-

solationem habuisse, post autem exhibitant Christi passionem tantopere, ut fertis, in purgatorio vestro cruciari. Sane si hoc verum esset, Christi passio nobis detrimentum attulisset. Iudaicæ ecclesiæ purgatorium vestrum inauditum plane fuisse constat, quod tamen credere debuisset, cum Ecclesia Dei esset, sicut & nos ipsum credere oportere dicitis. quinimo Ecclesia illa inter res propheticas semper collocauit, pro mortuis sacrificare. si vera esset de purgatorio opinio, necessariaque fidelibus, Moses, reliquiq; Prophetæ omnes magni erroris meritò accusandi esset, cū ne verbulū quidem unquam fecerint de re adeò necessaria. Christus quoq; Apostoli, et Euangelistæ suo muneri defuissent, cū purgatorium sacris literis non prodiderint. Præterea si purgatorium vestrum re ipsa esset, nosque deberemus sicut assueratis, pro ijs qui in ipso sunt orare, procul dubio & sancti pro illis orassent. quod si orassent, mirari sat is non possem, quod spiritus sanctus per os Mosis, de morte Iosephi, Iacobire liquorumque sanctorum, imò de planctu super ipsos,

ipsos, & loco sepulturæ, alijsque huiusmodi  
 parui momenti rebus, meminisset, rem vero  
 usque adeò necessariam, & ad ædificatio-  
 nem conducibilem tacuisset, videlicet, quod  
 pro illis orassent. In novo testamento quoque  
 scriptum est, Apostolos fleuisse super Ste-  
 phanum, eumque sepulchro tradidisse, nihil  
 tamen scriptum est, quod pro eo orauerint.  
 Sed qui fieri posset, ut Paulus plenus chari-  
 tate, tot in epistolis suis Christianoshorta-  
 tus esset, ut orarent pro se inuicem, nec vel  
 semel tantum illis scripsisset, ut pro mortuis  
 orarent, præcipue cum oblata ei esset huiu-  
 scæ rei occasio in priori ad Thessalonicenses 1. Thess. 4  
 epistola, nimio enim mœrore se se macerabat  
 propter fratrum suorum mortem? Etenim  
 scripsisset, uestrarum partium est, orare pro  
 illis, non autem mœrore immodico vos con-  
 ficerere, nam hoc faciunt qui spem nullam ha-  
 bent. BE. Basiliensis synodus sanciuit, ut  
 omnes purgatorium crederent, quod & in-  
 ter fidei articulos retulit: tu vero audes i-  
 psum negare? THE. Aut purgatorium cre-  
 dere ideo debemus, quod natura sua salutine

cessarium sit, aut tantummodo, quod Basiliensis synodus ita determinarit. Si quia saluti necessarium sit, credere ipsum oportet, Apostoli summopere errassent, quod inter ceteros fidei articulos ad salutem necessarios, hunc non reposuerint, immo quod ne uerbū quidem unquam de eo in scriptis suis fecerint, sed neque ipsum prædicarint. Nam si pro fidei articulo credendum mundo proposuissent, Ecclesia Dei ipsum credidissent, posteris que tradidissent. At qui primitiua Ecclesia tempore, multoq; post, quid purgatoriū nostrum esset plane ignorabatur. Damnati igitur essent Christiani omnes qui ante concilium vestrum vixerunt. Sin autem purgatorium vestrum, sola conciliij autoritate, admittendum dicatur, sanè nimiū manifesta, impudens, tyrannica, & diabolica fuerit conciliij audacia, cum propter commoditates proprias tales chimeras à se excongitatas & fictas credendas nobis proposuerit, sub poena peccati mortalis & aeternae damnationis, contra verbum Domini: Christum, gratiam, et Euangelium sepeliendo, conscientias uero irretiendo

D E P V R G A T O R I O. 61  
retiendo & perplexas reddendo, inconsuti-  
lemq; Christi vestem lacerando. Græci ita-  
que iure merito in eo concilio cōquesti sunt,  
quòd eos cogeretis credere, quod sacris lite-  
ris proditum non est, quodq; non solummo-  
do Græca ecclesia, sed neq; Latina vñquam  
credidit, nisi paucos ante annos. Addide-  
runt præterea, si patribus fides habenda sit,  
ecclesiam suam nostram præcessisse, Aposto-  
los apud se prædicasse, neq; vñquam de ist-  
hoc purgatorio locutos esse. Quare si purga-  
torij fides necessaria adeò esset, sicut dicitis,  
prædicata illis ab Apostolis fuisse, & ecclæ-  
sia illorum ipsum credidisset. Deinde subiun-  
xerunt Græci: Cum igitur vos Latini verā  
Theologiam à nobis Græcis & hauseritis  
& didiceritis, Nos verò non à vobis, sed ab  
ipsis Apostolis, nescimus sanè vnde purga-  
torium istud vestrum effossum sit, cum no-  
bis semper incognitum & inauditum fue-  
rit. Quòd si Paulū id vos docuisse, cū Romæ  
prædicaret, diceretis, respondebimus, quòd  
nos quoq; id ipsum docuisset, cum apud nos  
diutio prædicauerit: Ecclesia quoq; Romana

iam inde ab initio profidei articulo habuissent: at qui paucos tantummodo ab hinc annos, de purgatorio loqui coepit.

*BE. Inuenio tamen aliquos sanctos viros, qui purgatorium De sanctis esse dixerunt, ex quorum numero est Augus-*

*serm. 4.*

*Decor.*

*homil. 7.*

*c.ecc.hie-*

*rar.*

*stinus. pro defunctis etiam oratum esse, au-*  
*lhomil. 7. tore est Tertullianus & Dionysius. imo ab*  
*c.ecc.hie-*  
*&ate Cypriani & Tertulliani in hunc usq;*  
*diem mos orandi pro mortuis in ecclesia Dei*  
*obseruatus est. THE. Primum, si Augusti-*  
*nus interfidei articulos reponendum esse pur-*  
*gatorium credidisset, sicut vos creditis, inui-*  
*cem pugnantia scripsisset, siquidem lib. quin*  
*to hyponosticon aduersus Palagianos scri-*  
*bit: Catholicorum ecclesiam diuina autorita-*  
*te duos tantum locos pro his qui ex hac vita*  
*transierunt credere, regnum cœlorum scili-*  
*cet, & infernum. Deinde subne<sup>c</sup>tit, tertium*  
*id est, purgatorium, penitus ignoramus. Et*  
*libro vigesimo primo de ciuitate Dei, purga-*  
*tiorum in dubium vocat. Augustinus igi-*  
*tur pro re incerta, non pro fidei articulo, ut*  
*vos, ipsum habuit. Liceret mihi & hoc in*  
*mediu<sup>m</sup> proferre, eos quos sanctos reputatis,*

ho-

*cap. 26.*

19

homines fuisse natura mendaces, quemadmodum David dixit. errare igitur potuerūt, imò pluribus in locis errarunt, quod quidem negare nemo potest, non solum quia inuicem alter ab altero dissentīt, verum etiam quia sibi ipsis quandoque contradicunt. habendi sunt igitur pro hominibus, non pro Düs. Ne que omnia quæ scripserunt spiritu sancto dilectate excepta fuisse, credendum est: sicut excepta sunt quæcunque sacris scripturis continentur. Illi ipsi præterea, nolunt fidem ullam scriptis suis haberi, nisi sacrarum scripturarum autoritate corroborata sint. Sanctorū itaque virorum scripta simul omnia absque sacris testimonijs articulum unum fidei fundare aut stabilire non possent. Neque ipsi hoc respiciebant, ut dogmatum loco haberi vellent quicquid scriberent. Tametsi autem multi in ecclesia Dei, pro mortuis orauerint, quod dicebas, non propterea hinc fundatur aut stabilitur purgatorium vestrum. Primum enim respondeo, eos opinatos esse preces illas suas non nihil profuisse his qui apud inferos cruciantur, illorum pœnas non qui-

dem abbreviando, cum sint æternæ, sed mi-  
nuendo & leuando, saltem dum preces fie-  
bant. Neq; quod dico mirum vobis videri  
Hom. 69. debet, nam non solum Chrysostomus huius  
sententia fuit, sed etiam Hieronymus super  
caput 4. epistolæ ad Ephesios. Damascenus  
præterea multis tum exemplis tum testimo-  
nijs charitatis opera erga mortuos exhibi-  
ta, ipsis conferre ostendit. Cū igitur non pau-  
ci uiri religiosi huius fuerint sententiæ, nihil  
est quod miremini, si multi pro defunctis o-  
rarunt, purgatorium tamen nullatenus cre-  
diderūt. Secundò respōdeo, eos pro mortuis  
deū orasse, non quidem ut illos à purgatorio  
vestro, quod ipsis penitus incognitū erat li-  
beraret, verū ut Christū (modo ad illustran-  
dā gloriam suā faceret) ad iudicādum viuos  
& mortuos citò mitteret, ut fideles qui ob-  
ierant tanto citius perfecta animæ simul et  
corporis felicitate fruerentur. Tertiò respon-  
deo, eos pro mortuis non in purgatorio, quo-  
niam ipsum nō credebant, sed in paradyso e-  
xistētib⁹ orasse, quod ex Tertulliano de Mo-  
nogamia, manifestum est: scribit enim Eccle-  
siam

siam solitam esse orare pro martyribus, quos  
 tamē vos ipsi illico in paradisum euolare cre-  
 ditis. preces autem illorum, gratiarum actio-  
 nes erant, Deo enim pro donis & beneficijs  
 martyrib⁹ illis concessis, quibus gloriose a-  
 deo de inimicis triumpharunt, & magnifi-  
 cam victoriam obtinuerūt, gratias agebat,  
 reliquos ad tam præclara facinora excitan-  
 tes, Dominumq; ut illorum imitatores face-  
 ret, & solaretur, auferens ab eis mœrorem  
 quo propter mortuos suos afficiebantur orā-  
 tes, sicut testatur Origenes super ea verba  
 Job, Pereat dies in qua &c. Martyrum illo-  
 rū præterea eximias dotes decantabant, eos  
 iam in patriam suam peruenisse exponentes,  
 viuentes uero in viua fide, spe, reliquisq; uir-  
 tutibus confirmantes: orarunt itaq; pro mor-  
 tuis, sed martyribus, cuius rei etiā testis est  
 Cyprianus lib. 3. epist. 3. Sicut & nos gratias  
 Deo agere possumus pro omnibus qui in Do-  
 mino moriuntur. Multi præterea sine autori-  
 tate uerbi Dei, propter humanā quandā affe-  
 cione et pietatem, dolore afficiebātur, quia  
 eos qui ē uiuis sublati erāt, amabāt: diuinūq;

Super illos iudicium ex ipsorum morte cognoscentes, ad Deum configiebant, & pro illis orabant, ac quo poterant modo iuuabant, id in testimonium amoris facientes, seq; consolatione aliqua subleuantes. Licet autem eorum nonnulli suorum animas in purgatorio vestro hærere arbitrati essent, & pro illis orassent, non propterea perniciosi adeò erroris imitatores nos esse debemus. imò tamen si ijs qui pro mortuis orarunt specialis purgatorij vestri reuelatio facta esset, quod tamen falsum est, nihilominus ipsorum exemplo, sine Dei verbo purgatorium mihi persuadere non possem. Vosq; licet interno quodam spiritus sancti testimonio (quod abest) purgatorium esse certò sciretis, tamen me ad credendum ipsum, citra externū Dei verbū, compellere non deberetis. Quanquam enim spiritus sancti testimonium sufficeret vobis non tamen sufficeret ceteris sine externo testimonio, id est, sine externo Dei verbo, ut inducerentur ad credendum purgatorium. BE. Multi mortui qui resurrexerunt purgatorium esse testati sunt: imò etiam dæmonia-

ci. Præterea multa de purgatorio somnia et visiones acciderunt, tu verò ipsum negare audes. THE. Purgatorium igitur vestrum firmis admodum fundamentis niritur. Crediderim autem vos ipsum ex quapiam Boccatij fabula effinxisse, Deus ecclesiam suam nunquam per ministerium mortuorum illuminauit, sed semper eam illuminauit verbo suo per ministerium viuorum. quinimo à mortuis veritatem querere vetuit. Ideo cum is qui epulabatur Abrahamū rogaret, ut Lazarum rediuium mitteret, quo fratres suos certiores redderet de pœnis inferni, responsum accepit: Habent Mosen & Prophetas, ac si dictum illi esset ex scripturis sacris, non autem ex testimonij mortuorum veritate discere debent. D. Chrysostomus super Mat Hom. 29. thāū, mortuis non esse credendū probat: nā Ecclesia Dei satis superque luminis accepit per scripturas sacras: neque fides mortuis ad hiberi posset, quin sacrarum scripturarum autoritati detrahatur. Præterea diabolo hoc modo occasio præberetur cuncta peruer tendi, & in idolorum cultum nos pertrahē

ALD.

Deut. 18.  
Isai. 8.

Luc. 16.

di, sicut *Ethnicon* pertraxit. Qui autem scis  
 à bone, spiritus eos qui in resuscitatis loquuntur bonos esse, non malos? quod si mali spiritus sunt, nihil præter mera mendacia, expectandum est. diabolus enim pater est mendacij. fortasse dices bonos angelos esse: sed unde hoc scis? Paulus enim dixit diabolum in angelum lucis se transformare. imò sicut ad Galatas scripsit: Si angelus de cælo prædicaret quipiam contra Euangelium Christi, quod faceret, si purgatorium prædicaret, nō solū ei credere nō deberemus, sed etiā ipsum à sacro cætu arcere. fides nostra verbi Dei fundamento nititur, non somnijs neq; visib⁹. Sed neq; cuilibet spiritui credendū, sicut scriptum est. Neq; miracula fidei nostræ fundamenta sunt, cum multa à malignis spiritibus edantur, ut Christus Paulusq; dixerunt. DOM. Negabis ne potestatem Papæ? THE. Imò mihi videtur nullum unquam tyrannorum tantam habuisse, quantum Papa habet, DO. Loquor de potestate quam exercet in altera vita. THE. Credo illū potestatē habere in infernū et in regnū cælorū. tu uero arbitris

.

arbitraris me potestatē quā habet in altero  
seculo pernegare. DO. Nimiū igitur credis.  
Scis nullā esse redemptionē in inferno. quare  
Papa nullū inde liberare potest, sicut nec be  
atos ex paradiſo eripere. THEOD. Satis est  
quod tyrānica sua autoritate, hypocrisi, uer  
sutia, fraude, falsis doctrinis, prauisq; exem  
plis, multis regnum cœlorum claudit, et in  
fernū eis aperit. DO. Loquor de potestate  
quām habet in purgatorium. THE. Si pur  
gatorium vestrū nullatenus est, sicut proba  
ui, et probabo adhuc, Papā in ipsum nullam  
potestatem habere manifestum est. Quanquā  
autem purgatoriū esset, Papa tamen animas  
inde eximere non posset, quod in hunc modū  
probabo. Primum quero, nū Papa pro libidi  
ne animi sui, animas omnes quæ nunc sunt in  
purgatorio eruere possit? Vide quā arguit ē re  
spōdeas, ne qui adsunt hæreſeos te accusent.  
DO. Papæ potestas tāta est, quod si vellet, il  
lico ē purgatorio liberare non solum animas  
omnes præsentes posset, sed & futuras, præ  
seruādo illas ab ipso purgatorio. illius quip  
pe autoritas immensa est, & sine terminis.

THE. Responsio hercle digna fideli papæo.  
Si Papa hoc audiisset, opimo te donasset e-  
piscopatu. Responde præterea: Nonne credis  
huiusc Papæ antecessores & qualem autori-  
tatem & potestatem habuisse? DO. Procul  
dubio. THEO. Nonne & illud credis, inter  
tot summos pontifices vel unum extitisse,  
qui tantam charitatem habuerit, ut, cu po-  
tuerit, omnes animas præsentes et futuras à  
purgatorio liberarit? DOMI. Hoc nescio.  
THE. At ego scio. Christus enim primus ue-  
rusque summus Pontifex suprema potesta-  
te clarus, summaque charitate insignis &  
illustris, omnes liberare potuit, voluitque.  
Vestri autem isti summi Pontifices, tametsi  
omnem potestatem haberent, ne unam qui-  
dem animam ex purgatorio eruere possent,  
non propter defectū suæ potestatis, sed quia  
nulla amplius in purgatorio est. Per Christū  
enim omnes liberatæ sunt. DO. Christus se-  
cundum summam charitatem operatus non  
esset, si animas omnes à pœnis purgatoriij li-  
berasset, sicut nec summae charitatis fuisset  
omnes electos liberare à pœnis huic seculi.

THE.

DE PURGATORIO.

71

THE. Electi dum patiuntur in huc seculo,  
exercentur & proficiunt in virtutibus, ita-  
que summae Christi charitati debetur, quod  
velit ut hic patientur. Qui vero in purga-  
torio, ut vobis placet, patiuntur, patientes  
nihil proficiunt, neque merentur, neque ma-  
iorem gratiam impetrant, quod vos ipsi as-  
seritis, quia ad terminum peruerterunt, nec  
amplius viatores sunt. Cum itaque purgato-  
ry poenae ipsis beneficio non sint, nisi quatuor  
nus satisfaciunt, (quod utique solis indulgen-  
tias vestris perfici posset) fatendum est cha-  
ritatis muneri tribuendū, si liberetur. Quod  
si ex charitate non sit liberare eos, Papae ve-  
stri animas in purgatorio sinere deberent, ne  
contra charitatem facerent. DO. Tametsi  
ipsi qui in purgatorio sunt nihil proficit ibi  
manere, cum nihil proficiant, prodest tamen  
iporum amicis & cansanguineis: quielee-  
mosynas facientes, & pro illis orantes, ex-  
ercentur in multis bonis operibus, & quoti-  
die plus merentur, quod non facerent, si sci-  
rent neminem in purgatorio esse. THE. Fa-  
cillime huic rei mederi posset Papa vester,

## 72 DIALOGVS

clam illos liberando sua voluntate, nec cuius  
quam id communicando. tunc enim homines  
non cessaret ab hisce benefactis que pro mor-  
tuis faciunt, et animæ in igne purgatoriij ultra  
non cruciaretur. itaq; hinc et inde ex om-  
ni parte summa charitate usus esset. Falsum  
præterea est, eos qui pro mortuis eleemosy-  
nas dant, & orant, in virtutibus & bonis  
operib; exerceri, quod dixisti, non enim cha-  
ritatis zelo, sed carnali humanaq; pietate, et  
cōmiseratione mouetur ad benefaciendū pro  
illis, quod epuloni illi cōtigit, cū de fratrib;  
suum salute solitus esset. Experientia  
præterea id docet, nam eleemosynæ & pre-  
ces fiunt pro consanguineis tantum, amicis,  
& benefactoribus, non autem pro reli-  
quis, tametsi magis pī suissent, aut pre-  
cibus magis indigerent. Deinde ratione  
hac comprorbari potest. Qui fidem non ha-  
bet, neque charitatem, neque bona opera,  
neque ullam Christianam virtutem habere  
potest. quoniam autem quotquot pro mor-  
tuis benefaciunt, fide viua veraque carent,  
ideo charitate etiam carent, ac veris uirtu-  
tibus

## DE PURGATORIO.

73

tibus verisque bonis operibus. quod autem  
vera fide destituti sint, manifestum est, quo  
niam uera fides facit ut credamus Christum  
omnes electos ab omni peccato, omniq; pœ-  
na liberasse. Qui igitur fidem habet, neq; in  
purgatorio pro electis satisfaciendū esse cre-  
dit, neq; pro illis spirit⁹ ductu benefacit. O-  
mitto quod si equum esset, vt secundum mē  
suram cōmissorum peccatorū, quibus in præ-  
senti vita non satisfecerūt, in purgatorio pa-  
terentur. Deum minime orandum vt iusta  
illam pœnam abbreviaret, aut diminueret.  
Orare quidem possemus, vt patientiā illis cō-  
cederet, si ea carerent, vt ferēdo essent. Sed  
quia charitatem habent, sic circa patientiam  
quoque eos habere necesse est. neque maiore  
consequi possunt, quoniam ad metam perue-  
nerunt. Vestiarum itaque partium esset, præ-  
dicare Christum in uniuersum pro electis  
suis satisfecisse, hominesque inducere ut e-  
leemosynas & preces pro viuis facerent,  
non autem pro mortuis, id quod gloriam  
Dei maxime promoueret, Christique mem-  
bris utile esset. Ceterum, unde digressi

sumus, reuertamur. Credis igitur Papam a  
purgatorio non solum præsentes animas om-  
nes, sed & futuras liberare posse? DO. Ita  
habet. Sed contra charitatem faceret, si om-  
nes liberaret. THE. Satis est, quod iudicio  
tuo posset, si vellet. DO. Procul dubio, cum  
potestas illius circumscripta non sit, verum  
erraret, si omnes liberaret. THE. Thomas  
tuus scribit, Papam errare non posse, tu ve-  
rò eum erroris en pacto insimulare uis? DO.  
Errare potest ut homo, nō autem ut Papa.  
THE. Imò eo in casu erraret ut Papa, quia  
ut Papa omnes liberaret. Nihilominus cum  
Papa innumerabilia peccata grauia cōmit-  
tat multorum disspendio & præiudicio, mi-  
nus malū fore censerem, si loco tot peccato-  
rū vnum cōmitteret in euacuando purgato-  
rio in perpetuum: quod in magnum multarum  
animatorum beneficium cederet. Omitto quod  
fieri potest, ut aliquis præteriorum Papa-  
rum (contra charitatem tamen operando,  
sicut dicitis) purgatorium funditus euacua-  
rit in perpetuum, atque vanum sit quic-  
quid pro mortuis factum est postea, aut eti-  
am

DE PURGATORIO. 25  
am fiet. DO. Illos purgatorium fundius nun  
quam euacuare par est ut credamus. scien-  
dum enim est ipsos semper secundum chari-  
tatem operari. THE. Quousque tandem sine  
uxoribus filios gignunt? Ceterū si Romam  
peterem, & aureos centum penderem, num  
credis me impetraturum gratiam liberandi  
centum animas à purgatorio? DO. Ita cre-  
do. THE. Si autem decies centena millia au-  
reorum dependerem, num credis Papam ad  
instantiam meam decies centena millia ani-  
marum liberaturum? DO. Crediderim &  
hanc singularem gratiam te impetraturum.  
THE. Papa vero illas liberando recte ne fa-  
ceret, an securus? DO. Rectissime. THE. Si igi-  
tur bonum est liberare illas, cur non liberat  
absque mea pecunia? Nequaquam enim cre-  
diderim apud Deum plus posse Simoniam et  
auaritiam, quam charitatem. DO. Papa eas  
non liberat sine pecunia, ut homines hoc sal-  
tem bonum opus faciant, quod pecuniam il-  
lam sibi numerent. THE. Si Papa decies illa  
centena millia aureorum in pauperes eroga-  
ri iuberet, nesciisque bene sentires: sed sibi pē  
f

di vult, vt vel affinibus suis ea distribuat, vel bellum gerat, vel aliud quipiam malum agat. Verum dic etiam, si centies centena milia penderem, nonne credis Papam liberatum centies centena millia animarum? DO. Hanc quoq; gratiam te impetraturum confido. THE. Quod si in purgatorio non essent tot animæ, sane dicendū esset eum oēs liberaturum, ita vt ne una quidem relinquetur, quare non esset orandum ulterius pro illo? DO. Necesse est vt Papa inter liberandū animas, hanc intentionem habeat, vt aliqua semper remaneat. THE. Intelligo, hoc enim insinuas, quod quemadmodum nunquam una omnia à gallinarum nido auferre oportet, sed unum relinquere, vt plura pariant: ita necesse sit aliquam animā semper in purgatorium remanere, ne riuiulus moletrinæ uentre arescat. Sed vt saluarent (vt est in proverbio Italico) caprā & brassicas, potuisserunt Papæ vestri animas omnes à purgatorio liberare, una excepta, ea videlicet, cui diutius ibi manendum sit: hinc enim summae charitatis officio functi essent, illinc vero

## DE PURGATORIO.

77

ro purgatorium vestrum patens semper re-  
liquissent. Porro illud quoque abs te intelli-  
gere cupio, num Papa pro animi libidine li-  
berare possit animas à purgatorio absque  
ulla satisfactione pro ipsis, an vero necesse  
sit, ut prius satisfiat? DOMINICANVS.  
Potestas Papæ suprema est, siccirco eas li-  
berare circa ullam satisfactionem potest.  
Satis est quod dicat, sic volo, & statim fi-  
et. THEODID. Hoc pacto Papa alter De-  
us est in terris, cum verbo suo quicquid  
vult faciat: sicut & Deus solo suo verbo  
mundum creauit, dicens, fiat. Miror equi-  
dem illum tantam habere potestatem in al-  
tero seculo, adeò ut solo verbo & volunta-  
te statim animas omnes quæ sunt in igne  
purgatoriū liberare possit, nec tota sua  
potestate non solum unum infirmum eo-  
rum qui in xenodochijs sunt à morbo li-  
berare, sed ne seipsum quidem minima  
quacunque aegritudine laborantem cura-  
re possit. Si filius ipse suus à Turcis captus

Vivente  
Paulo ter-  
tio haec  
scripta  
funt

effet, non sine magna difficultate ab eo-  
rum manibus illum liberaret, tu vero

vis ut facile adeò animas à purgatorio liberare possit. Imò si prædiclus eius filius carceribus detineretur in castro sancti Angeli, nō posset illum suo verbo & voluntate illico liberare, nisi prius per ministrum carceres aperirentur. Ideo quantum assequi possum, miracula illius omnia, rerum inuisibilium sunt. Responde præterea, si voluntas Dei est ut animæ in purgatorio maneant, donec peccatis suis satisfecerint, quibus satisfactum non fuit in hac vita, sicut dixisti: Papa verò nunc absqueulla satisfactione eas illinc eripere velit, quis victoriam obtinebit? D O. Papa. THE. Papa igitur Deo potentior est. D O. Deus eo in casu voluntati Papæ acquiesceret. THE. Deus igitur Papæ subiectus est, postquam eum voluntati Papali acquiescere oportet, non autem Papam Diuinæ. Quare præterea: Si Papa nunc solo suo uerbo pro arbitrio sineulla satisfactione animas à purgatorio liberaret, iusténe, an iniustè faceret? D O. Iustissime. Cum enim ut Papa errare non possit, quicquid vult, iustum esse dicendum est. THE. Igitur iustitia Dei subiecta est

DE PURGATORIO. 79

est voluntati Papæ, cum ab ipsa, per te, pene deat. Credebam autem Papæam uoluntatem iustitiae Dei subditam esse debere, et ab ea pendere. Sed quid ad hoc respondebis: si Papæ absqueulla satisfactione, ac sine diuinæ iustitiae offensione, immo iustissimè animas à purgatorio liberare potest, nonne Deum multo magis id ipsum prestare posse credendū est? Quapropter falsum erit quod antea dixistis, purgatorium videlicet necessarium esse, ut animæ illuc diuinæ iustitiae satisfaciant, siquidem diuinæ iustitiae, secundum vos, satisficit non solum Dei, sed etiam Papæ uoluntas. D.O. Hæc tenus de potestate illius absolute loquutus sum, cum dixi eum animas à purgatorio sine satisfactione liberare posse. Cæterum, si de ordinaria illius potestate agamus, dico, illum animas liberare non posse, sine satisfactione: ideo vult ut manus adiutrices porriganus. THE. Ut igitur liberentur, necesse erit nos viuentes bonis operibus & precibus pro illis satisfacere? D.O. Ita res habet. THE. Si ita habet, ad liberandum animas illas nullo modo opus erit papali poten-

state. Si enim in purgatorio esset anima patris mei, ut primum tot bona opera fecisset que pro satisfactione sufficerent, inde illico erredetur, absq; interuentu potestatis Patr. DOMINIC. Hoc fieri non posset citra illius autoritatem, ob id saltem, ut tua merita ei anima applicarentur. THEOD. Nonne sufficeret si ego ipse applicarem, pro ea orando et eleemosynas faciendo? quid enim scit Papa me hodie pro illa orare? scire non potest, nisi significem ei. cum autem id nesciat, quomodo applicabit? neq; satis scio an applicaturus ea sit, absque pecunia. Tametsi autem applicaret, anima tamen illa non indulgentia, sed satisfactione liberatur. Præterea si spiritualia opera que facimus sine eius licentia distribuere non possumus, sequetur viuos de his precibus aliisque bonis operibus que pro ipsis facimus, non prius participaturos, quam à Papa sibi fuerint applicata. Neq; video, si pro patris mei anima bona opera facerem, quot facere ipse debuerat in praesenti vita, ut peccatis suis satisfactioneret, cur non sufficerent ad liberandum eam

eam circa Papæ operam. DO. Quum ipse habeat claves purgatorij: si putas te liberare posse animas, etiā si totius mundi bona opera faceres, sine eius licentia et autoritate, falle vis. facile quidē est cauere sibi à carcere, sed difficile inde exire. idem de purgatorio dicendum est. Ut autem intelligas quomodo se res habeat, sciendum est Christo multisque sanctis merita superfuisse, quorum Papa dispensator est, utpote qui Christi vices gerit in terris. Quia verò merita nostra non sufficiunt pro liberatione animarū à purgatorio, ideo necesse est ut Papa ipse suppleat, de ecclesi& su& thesauro. Ut igitur animæ liberen- tur, papæ autoritatem & potestatem neces- sariam esse, dicendum est. THE, Tametsi à re infinita, multas finitas partes auferres, in finita nihilominus remaneret: ideo quia san- cti de infinito Christi meritò finite tantum participarunt, CHRISTI merita que distribuenda supersunt, infinita esse, dicen- da sunt, taliaque ut ipsi innumerabiles mundos DEVIS ditare possit, sine eorum diminutione. Nihil igitur opus erat ve-

pro liberatione animarum à purgatorio sanctorum merita adderes (Christi meritis, principiis) cum sanctis nihil unquam meritorum superfuerit. Etenim nunquam plus quam deberent, ad gloriam Dei fecerunt, immo semper defecerunt. Nam cū lex Dei summè perfecta sit, summum, continuum, & perpetuum ipsius honorem exigit, quem ei præstare nequimus propter carnales concupiscentias quæ in nobis regnant propter peccatum Adami. Ideo dicebat Paulus, se propter peccatum non iam bonum quod volebat, sed malum quod nolebat, facere, atque ideo legem seruare non posse, quia cum lex spiritualis

Rom. 7. Rom. 8.

sit se carnalem sentiebat. Cum igitur impossibile fuerit, ut per legem saluaremur, misit Deus Christum qui omnibus debitum nostrum satisfaceret, Sancti itaque in omnibus operibus suis peccant, quatenus quod debent non præstant ad gloriam Dei: quanquam peccata ea ipsis minimè imputentur, non propter ipsorum merita, sed propter gratuitam gratiam & per Christum. Hinc est quod Augustinus dixerit sanctos omnes Deum orare oportet.

eportere, ut peccata sibi remittat: Nam ut  
 beatus Ioannes scripsit, seipso seducunt, qui i. Ioan. 2.  
 se peccatum non habere dicunt. In primo  
 præterea retractationum libro scripsit, tūc  
 nos diuina præcepta adimplere, cum remis-  
 sum nobis est, quod non adimplemus. Nemo  
 unquam sancte adeo vixit, ut sine Christo  
 diuinaque misericordia salutem assequi po-  
 tuerit. Pro quinque fatuis virginibus super-  
 fluum oleum nullum fuit, neque pro epulone  
 aqua. Ideò beatus Ioānes Baptista volē ostē Luc. 3.  
 dēre diuīna legēm perfectam adeò esse, ut ni-  
 hil ultra id quod à nobis exigit (neque pro-  
 pterea supererogationis opera quæ vocatis)  
 fieri possit, interrogatus à publicanorum et  
 militum turbis, quid faciendum esset pro fa-  
 lute paranda, primis, non ut ieunarent, aut  
 peregrè proficiscerentur, aut supererogatio-  
 nis opera ista vestra faceret, sed ut charita-  
 tis opera à Deo iniuncta exequerentur, re-  
 spondit. Alijs verò dixit: Ne quid amplius  
 præter id quod constitutum est vobis exiga-  
 sis: ac si dixisset, ne contra charitatem pro-  
 ximi faciatis. Postremis verò respondit, Ne  
 f s

percutiatis, neque calumniemini quæquam, sed contenti estote stipendijs vestris. Ergo peccata nostra non purgantur, neque ipsis satisfactis operibus nostris, quæ natura sua inuidia sunt, impura, et polluta, sed Christi sanguine, qui solus premium perfectissimum fuit redemptionis nostræ, & thesaurus inexhaustus Ecclesie Dei. Quapropter in veteri testamento, Dei ordinatione, peccatorum purgatio non operibus hominum, sed solis sacrificijs peragebatur, quibus mors Christi significabatur. Quemadmodum igitur per Christum solum iusti sumus, ita per eundem solum peccatis nostris satisfactis. Si Deus beatissimum maius quam meruerint dat, ut vos ipsi dicitis, qui fieri potest, ut ipsis merita supersum? Paulus enim dicit, non esse pares presentis seculi afflictiones ad futuram gloriam.

Rom. 8. DO. Scriptum tamen est, quod à peccatis re Daniel. 4. dimamur eleemosynis : satisfactoriae itaque sunt. THE. Spiritus sanctus ipsis similibus quæ verbis innuit, Deum filios suos sape castigare, ut à peccatis eos reuocet, & ad beneficium inducat, nec ultrâ eos rebus aduersis.

sis premere, postquam à malefactis temperare, & benefactis incumbere cōperint. itaq;  
 propter illa sua bona opera liberantur à peccatis, hoc est, ab aduersis, quæ deus dedisset,  
 si in peccatis et flagitijs perseuerassent. Quòd  
 si denuò tribulationes ipsis mittat, id facit,  
 vt tanto perfecliores in fide, spe, patientia,  
 reliquisque virtutibus reddat. Bona itaque  
 nostra opera, à peccatis nos liberant, non  
 quia coram Deo pœnae debitæ propter pecca-  
 ra commissa satisfaciant, sed quia Deus nos  
 non punit quod facheret, nisi mores muta- Colosse  
 remus. DOM. Paulus de seipso loquens, di-  
 xit, suppleo quod deerat afflictionum Chri-  
 sti in carne mea, pro corpore ipsius, quod est  
 ecclesia. Paulus igitur suppleuit quod deerat  
 thesauro meritorum Christi, & passionis  
 illius: tu vero negas sanctis merita superes-  
 se, & unde suppleant. THEODIDAC.  
 Nescio an unquam audiuerim tales blasphemias.  
 fierine potest, vt imaginemini Christi  
 passionem eiusque merita non fuisse perfe-  
 ctissima, sed defectuosa? præterea Paulus sup-  
 pleuisse, quod Christus omiserit? quasi ve-  
 ro Christus imperfectus fuerit, Paulus vero

defectus illius emendarit. Deinde nescio qui fieri possit, ut scripturas sacras tanta impietate peruerse adeò & ineptè interpretemini, vt eas semper detorqueatis ad animi vestri propositum. Pauli verba ita exponi debent, videlicet, quod multa propter Euangelij prædicationem pateretur. Licet autem eius afflictiones longè abessent à perfectione passiōnis Christi, nihilominus sua illa passione, quantum in ipso erat, supplebat, siue adimplebat, quod deerat, siue quod reliquum erat passioni Christi, vt pateretur non in propria carne, sed in membris suis. Vel ita expinas: mortem Christi nullum fructum allatum, nisi prædicata fuisset, prædicari autem non potuisse pro vita nostræ autore, sine prædicantium cruce. Quapropter Paulus dum euangelizaret, & pro euangelio pateretur, supplebat quod passioni Christi deerat, non quia Christi passio in se perfectissima non esset, ac sine omni defectu, sed quia eam prædicari præterea oportebat, vt fructum redderet. Concludamus igitur sanctis non superfuisse merita alijs distribuenda. DO. San-

Etorum

Etorum communionem sane nos credere oportet, atque ideo eos qui in purgatorio sunt meritorum nostrorum participes esse, quia sancti sunt. THE. Sancti non habent propria merita, hoc est, à se parta, sicut probavimus, sic circa cum alijs ea communicare non possunt. Quod si haberent non esset quod ijs se priuarent, ea alijs donantes, etiam si possent: non enim superflua illis essent, sed necessaria. Quare sicut sancti nunc licet diuites sint, non propter propria merita, sed propter merita Christi, si se priuarent (licet possent) spiritu Dei, peccatorum remissione, diuina gratia, vita eterna, meritisque Christi, hanc omnia alijs donantes peccarent, ita etiam peccarent, si propria merita habentes, ijs se priuarent. Sancti tamen quibuscum omnibus Christus eorum caput sua communicat, & quicquid boni habent elargitur, debent ut potest Christi membra communicare inuicem, quatenus uti debent donis & gratijs à Deo datis in beneficium proximorum suorum, communicantes cum illis quicquid communicare possunt cum Dei gloria. Esto autem

quod sanctis merita (ut vos imaginamini)  
superfuerint: tamen si sancti fuissent (siquidem iuxta placita vestra bonum est ea erogare) ipsi ea erogassent in eos qui indigentes  
fuissent: atque hoc pacto Papa heres & dispen-  
sator eorum relitus non esset. Etenim  
si in egenos temporarias diuitias superflua  
erogare debemus, spirituales tanto magis di-  
stribuere debebimus, quanto preciosiores  
sunt temporarijs, nobisq; magis necessariae.  
si itaq; verè sancti fuissent, & superflua me-  
rita habuissent, propter urgentē necessitatē  
multorū pauperū peccatorū ea distribuisset.  
Quod si ea sibi ad tempus seruare uoluissent,  
propter futuras necessitates, saltem iam iam  
morituri ea erogassent, aut quibuscunq; pla-  
cuisset, legassent, nec ea distribuenda Papæ  
reliquissent, præsertim cum plus satis ad di-  
tribuendum habeat. DOM. Papa & quæ do-  
minus est spiritualium bonorum, atq; ecclæ  
stasticorum: Ut autem neq; hæc dispensari,  
donari, legari, nec ullo modo alienari sine li-  
centia Papæ, possunt, sic nec illa. Quapro-  
pter si sancti sine licentia & autoritate Pa-

p& sua merita alijs distribuissent, donassent,  
aut legasset, donatio illa fuisset irrita. THE.  
Animaduerti nihilominus præsules vestros  
in capitulis suis generalib⁹, religionis vestræ  
superflua merita in suffragijs, benefactorib⁹  
vestris donare. Vos quoq; concionatores in-  
terdum in ultima quadragesimæ cōcione do-  
natis auditores vestros meritis omnibus to-  
to quadragesimæ tempore partis. D.O. Papa  
hoc illis cōcedit, alioqui donatio rata nullo  
modo effet. THE. Si res habet ut dicis, pro-  
ximos nostros iuuare nō poterimus, pro ipsis  
spiritualia opera faciētes, sine licētia Papæ,  
cū ad eū spectet ea applicare. Præterea si Pa-  
pa interest, Christi merita applicare, cū ne-  
mo uere cor cōtritū habere possit, citra Chri-  
merita, sequeretur nemine cor uere contritū  
habere posse, sine interuētu autoritatis et po-  
testatis Papæ, qua Chri merita applicarētur.  
Ad hæc, si Papa, ut vultis, ijs qui sunt i pur-  
gatorio Christi merita, & quæ sanctis super  
fuerunt, applicare potest, nescio quare non  
possit & viuis applicare. Quod si ea applica-  
re potest, pro satisfactione pœnarum quas

pati deberent animæ in purgatorio, mihi qui  
dem videtur, multo magis ea viuis applica-  
ri posse, ut à peccatis liberentur, ut maiore  
gratiam apud Deū inueniant, & ut in vir-  
tutibus proficiant: præsertim cum vos ipsi,  
indulgentias vocetis non solum pœnæ, et pro  
solis mortuis, sed etiā culpa & pœnæ, pro ui-  
nis simul & mortuis. Atq; eo magis miror  
(si verum est quod dicitis, Papam tantam  
habere potestatem) quomodo meritorum  
Christi locupletissimum thesaurum applica-  
re posset ad tollendam pœnam, quæ in se res  
minima est, nec possit applicare ad tollen-  
dam culpam, quæ multo maioris momenti  
est. Præterea dum considero merita quæ san-  
ctis superfuerunt, fuisse merita operū omnium  
quæ fecerint perfectiorum, sicut dicitis, fue-  
runt enim operum maximorum & super-  
erogationis merita: nescio quomodo præcio-  
sus adeò thesaurus qui ipsis superfuerit, cum  
Deo non sit unde iusto præmio ipsum affi-  
ciat, solummodo conferat ad delendum pœ-  
nam, quæ res est vilissima, nec conferat ad  
delendum culpā. Quòd si confert nescio quo-  
modo

DE PURGATORIO. 93  
modo Papa vester (cuius potestas limitibus  
caret) applicare illum non possit. Neq; scio  
quād & quād sit ut preciosi adeo thesaure  
conferant non ijs qui eos pararunt, neque  
melioribus, sed neque ijs qui fortasse magis  
indigent, sed tantummodo ijs qui maiorem  
pecuniam pendunt. Quod si papa potestatem  
habet applicandi ecclesiæ thesaurū, et Chri-  
sti merita, non solum pro tollenda poena pec-  
catis debita, sed etiam pro delenda culpa, ac  
pro vita eterna, Dei gratia, Christianis que  
virtutibus parandis: sane deberent omnes  
ad indulgentias potissimum configere, lon-  
gè enim præcellerent omnia nostra bona o-  
pera, siquidem per illas participes fieremus  
meritorum Christi, quæ sineulla proportione  
ne multo preciosiora sunt vniuersis operi-  
bus nostris. Itaque sicut inter cetera fides no-  
bis necessaria est, siquidem per ipsam de me-  
ritis Christi participamus: ita eo in casu in-  
ter cetera omnia indulgentia & necessaria es-  
sent, per quas meritorum Christi participes  
futuri essemus: imò reliqua omnia bona ope-  
ra negligere deberemus propter indulgenti-

as, quandoquidem indulgentiae ipsæ precio-  
siores futuræ essent, propter Christi merita,  
quorum participes simus ipsarum beneficio.  
Tuncque sanctus Thomas mentitus esset, cum  
dixit indulgentias non esse de præcepto. Et  
iterum mentitus esset, cum dixit, bona no-  
stra opera meliora esse indulgentijs. Certo  
autem scio in ecclesia Christi, nullum alium  
thesaurum esse, præter illius merita. Scio  
Ioan.10. præterea C H R I S T U M electos suos, eo-  
rumque necessitates omnes cognouisse: scio  
Ioan.17. eum pro illis orasse, ac pro salute illorū pro-  
prium sanguinem effudisse, atque ideo scio  
illis merita sua applicasse secundum volun-  
tatem suam, nec eorum Papas dispensatores  
reliquisse. Tametsi autem tunc ea non ap-  
plicasset, scio illum nunc in cœlis regnare,  
et sine difficultate vlla distribuere ea pos-  
se summa sapientia, iustitia, atque charita-  
te: neque ei opus esse Paparum ope: præcipue  
cum Papæ vestri (licet purgatorium ita pla-  
nè se habeat sicut ipsum imaginamini) igno-  
rantes quinam in purgatorio sint, ac qui-  
bus qualitatibus, virtutibus et meritis or-  
nati

mati, nullo modo possint, nisi temerè, Christi merita in illos conferre. Quinimo experientia compertum est, eiusmodi indulgentias non concedi nisi pro animabus ijs, pro quibus pecunia numeratur. Neque scio quibus sacrae scripture locis probare possitis, quod sanctis merita superfuerint, quod Papa eorum meritorum hæres sit, quod Christus ei reliquerit merita sua distribuenda, quod Papa ea distribuere possit clausis oculis pro arbitrio, et huiusmodi alias chimeras vestras.

DO. Scis Christum promisisse Petro claves regni cœlorum? THE. Hoc quidem scio: at qui nescio eundem pollicitum fuisse ei claves purgatorij vestri. DOMINIC. Dixit tandem ei: Quicquid solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Ergo quū papa, qui est in terris, animā quampliam liberat à purgatorio, Deus illius factum approbat in cœlo.

THE. Respondeo primum, authoritatem illum ligandi & soluendi nequaquam datā fuisse soli Petro, multoq; min⁹ Romanis Episcopis, verum datam fuisse Apostolis omnibus eorumque successoribus, ut constat

Matth. 18. Matthæi verbis, qui multitudinis numero  
vtens, Christum non soli Petro, sed reliquis  
quoque omnibus dixisse scribit: Quæcunque  
alligaueritis, aut solueritis super terram, er-  
runt ligata, aut soluta & in cœlo. Manife-  
stum quoque est ex præcedentibus, eum non  
fuisse loquutum de purgatorio vestro, sed de  
excommunicationibus, tribuendo eis autori-  
tatem ligandi, id est, excommunicandi eos,  
qui correpti non resipiscunt: & soluendi etiam,  
id est, in communionem fidelium reci-  
piendi, quoties resipiscunt. Præterea, si illud  
soluere, secundum vos, effet animas à purga-  
torio liberare, siue pœnas illas minuere, cum  
ligare & soluere contraria inuicem sint, li-  
gare, effet animas in purgatorium dare, siue  
pœnas eorum qui in purgatorio sunt, augere.  
Nunquam verò audiui Papas habere autori-  
tatem coniiciendi animas in purgatorium, ne-  
que augendi pœnas eorum qui illic crucian-  
tur: nihilominus scio Christum ea verba,  
quicquid alligaueritis super terram, erit li-  
gatum in cœlo, non dixisse frustra. Omitto  
quæda verba propter aliam quoqueratio-  
nem.

D E P U R G A T O R I O. <sup>95</sup>  
nem de purgatorio intelligi nō possunt. Christus enim cum optimè praeuideret futurum ut scripturas oblique interpretaremini, ne quid excusationis praetexere possetis, adiecit, super terram, ne ex alijs verbis suis ibi dem scriptis, ansam arriperetis exercendi autoritatē etiā in eos qui in altero seculo sunt. Luce autem clariss est, eos qui in purgatorio sunt, non amplius esse super terram, cum mortui sint, igitur ex verbis Christi vos autoritatem habere in illos, eruere nō potestis. Dicitur. Non intelligis: Christus enim hoc dicere voluit, quod dum sumus super terram, quoscunque soluerimus aut ligauerimus, siue in hoc seculo sint, siue in altero, solutos aut ligatos fore in cœlo. THE. Igitur & eos qui apud inferos sunt, liberare potestis, atque etiam beatos ex paradyso eripere: siquidem Christus generaliter, siue vlla exceptione, ut fertis, potestatem vobis dedit non solum in omnes viuos, sed etiam in omnes eos qui è viuis excesserunt. Quod si contra iustitiam nequaquam faciunt Papæ, dum animas à purgatorio liberant siue vlla satisfa-

ctione, neque contra diuinam iustitiam facient si liberarint eos qui sunt apud inferos: non solum quia diuina iustitia, sicut dixisti, pendet à voluntate Papæ, ita ut iustum sit quicquid vult, sed etiam quia Papa potest sua magna autoritate Christi merita damnatis applicare: imò si vellet, beatos etiam ijsde priuare posset, atque hoc pacto non essent amplius beati. Quoniam autem Christus timuit, ne potestate illa sua ampla & libera ut etiam vellent postquam ad alteram vitam migrassent, ne suo dominio in perpetuum priuaretur, declarauit, ut dicitis, autoritatem illam quam eis dabat, non extendi ad alteram vitam, sed tantummodo ad presentem. Hactenus credidi militantem ecclesiam eos solummodo soluere posse, quos ipsa ligasset, puta, in uniuersum, aut ex parte, penas canonicas ab ipsa publicis peccatoribus designatas relaxare, atq; etiam in gremium suū, & communionem fidelium recipere, et benedicere, eos qui ab ipsa excommunicati fuerāt. Verum quantum ex verbis uestris colligere possum, soluere potest, non solū eos quos ipsa

D E P V R G A T O R I O. 97

ipsa ligauit, sed eos etiam quos ligauit Deus:  
quum, ut vos dicitis, Papa à purgatorio libe-  
rare & soluere animas possit, tametsi Deus  
iuste determinarit, ut ad tempus quoddam  
præfinitum haberent in purgatorio. Hoc igit  
tur pacto loqui debuit: Quod ego ligauero,  
vos solueris, uel, Quod uos solueritis, quoquo  
modo ligatus à me fuerit, solutus erit et in cœ-  
lo. Miror autem Papam soluere posse, ut assevera-  
tis, quod Deus secundū diuinā iustitiā ligauit,  
nec soluere possit, quod mundanus princeps se-  
cundū ciuile iustitiā ligauit. Etenim si Impe-  
rator reū quempia iure merito patibulo tra-  
diderit, Papa illū iuste liberare tota sua auto-  
ritate nō potest. Sed respōdete huic questio-  
ni: Si Papa volens liberare animam quam-  
piā à purgatorio, indulgentias suas diuende-  
ret, anima verò illa nollet ea via liberari, si-  
cut de Seuerino & Paschali narratur, quid  
de anima illa fieret, remaneret ne in purgato-  
rio, an verò exiret? D.O. Impossibilis est hic  
casus, anima enim quae sunt in purgatorio  
magno tenentur desiderio exeundi. THE. Ego  
verò vobis dico, purgatorium vestrum non

esse: tametsi autem esset, hodieque mihi in ipsum concedendum foret, ut peccatis meis satisfacerem, possem verò aureo uno non solum purgatorium euitare, sed illico in paradisum migrare, aureum illum non dependerem. Nollem enim ita segnis in regnum cœlorum ingredi, quin prius paterer quantum Deo placeret. Vosque pudere deberet, regnum cœlorum venale statuere, atque adeò vile, ut aureo uno emi possit: præcipue cum ansam hinc arripiant homines peccandi, & peccati malignitatem paruifaciendi, cum auro uno se liberare possint ab omni pœna peccatis debita: modo eos pœnitentia peccatorū, quod in eorum potestate est semper, ut dicas, propter virtutem ac potentiam magnifici sui liberi arbitrij. Rogo autem vos ut aliam questionem dissoluatis: si anima patris mei nunc in purgatorio effet, ego verò aureo uno vobis depenso plenariam indulgentiam pro ea impetrarem, illico ne ex purgatorio exiret? D.O. Imò illico in paradisum se recuperet. THE. Si verò postquam aureum illum numerassem, indulgentiamq; impetrasssem, post

D E P V R G A T O R I O. 99

post horā aureū illum vobis suffurarer, quid fieret de ea anima? DO. Illico in purgatorium reuerteretur, atq; tandem illic hæreret, donec satisfecisset. Tu vero peccatum horrendissimum commisisses. THE. Sanè illud nunquam mihi persuadere possem, Christū, (postquam eam in regnum suum recepisset) nihil commeritam, propter aureum unum expulsurum, praesertim cum ipse nulla laboret auaritia. Velle præterea à vobis intelligere, num Papa magnam istam autoritatem, qua animas liberare potest à purgatorio, emerit, an dono eam à Deo acceperit? DO. Accepit eam gratis. THE. Deberet igitur indulgentias gratis dare, non vendere, nam eo pacto seruaret præceptum Christi, alio- Matth. x. qui diuites facile intrarent in regnum cœlorum, indulgentias sibi comparantes: Chri- fflusq; mentitus esset, cū dixit, difficile esse, Matth. xii. diuitē intrare in regnū cœlorū. AVG. Tā- et si purgatorium esse probari non posset, nō potest etiam probari ipsum non esse, quorū sum itaque paſſim dixisti ipsum non esse? Quanquam enim ipsum non credidisses, mo-

do contra non loquutus essem, his carceribus  
non detinereris. Nunc autem nisi palinodia  
canas, cōcremaberis. THE. Certò scio ipsum  
non esse. AVG. Quomodo? THE. Ex sacris  
scripturis. AVG. Adducas, quæso, aliquas  
earum autoritates, quibus probari possit, pur-  
gatorium non esse. THE. Morem tibi gerā.  
Psal. 32. Primū, David beatos eos pronuntiavit, quo-  
rum tecta sunt peccata. Manifestum autem  
est, beatos non esse, si in igne purgatoriū ve-  
stri essent. Imò Augustinus tuus locum illū  
enarrans, dicit, Deum punire nolle tecta pec-  
cata. eatenus igitur tecta sunt, quatenus i-  
psa punire non vult. Præterea dicit, Deum  
peccata ea cognoscere nolle, quæ vult re-

Ezech. 18. mittere. Quoniam verò Deus per Pro-  
phetas suos promisit, se obliuioni tradi-  
turum iniquitates omnes, quoties pecca-  
torem pœnituerit: necessario inferen-  
dum est, eum iniquitates punire nolle,  
cum earum velit obliuisci: atque idem pur-  
gatoriū vestrum non dabitur. Si Papa  
propter aliquam iniuriam qua illum affec-  
sus virgis te cadi imberet, non iam diceres,  
illum

illum oblitum esse iniuriæ, quinimo tibi vi-  
deretur eum optimè memorem esse: ad eun-  
dem modum, Deum omnium iniquită-  
tum nostrarum oblitum esse non dicere-  
mus, si nos puniret in purgatorio. Quem-  
admodum enim, quando Deus iniquitatum  
nostrarum se memorem futurum dicit, at-  
que eas in adamantino lapide, stilo ferreo  
scripturum, & in sacculum repositurum,  
aut in fascem compositurum & seruatu-  
rum, & huiusmodi alia, se de nobis sup-  
plicium sumpturum insinuat: ita cum di-  
cit, se obliuioni traditurum, nec imputa-  
turum, siue eas recturum, aut post se re-  
iecturum, aut in profundum maris proieclu-  
rum, quod eas punire nolit, ostendit. Neces-  
se itaque est, pro his qui ex præsentis seculo  
migrant cum vera pœnitentia, nullum es-  
se in altero seculo purgatorium. solus De-  
us iniquitates dælet, sicut per Prophetam Esa. 43.  
suum dixit. Neque delentur culpe, nisi  
in uniuersum deleantur & pœna. Impi-  
um enim est, ut Augustinus tuus scri-  
psit, dimidium salutis tantum à D E O

sperare, quemadmodum etiam impium est,  
integram misericordiam non sperare. Non-  
ne meministi serui illius qui Dominum suum  
orabat, ut patientiam haberet erga se, quia  
omne debitum redditurus erat, cui dominus  
omnia condonauit? eodem modo nobiscum  
agit Deus. Imo, quum apud Deum culpas re-  
mittere, nihil aliud sit, quam eas non impu-  
tare, sequitur, quod quotiescumque eas remit-  
tit, atque ideo non imputat, remittat etiam  
totam poenam debitam: praeципue cum sicut  
placari Deum peccatori, non sit immutari  
in seipso, sed tantummodo ipsum non punire,  
ita culpas remittere, nihil aliud est apud deum  
quam eas non punire, absq; ulla Dei mutatione.  
Præterea, si ad salutem necesse esset ut nos  
ipsi aliqua ex parte, licet minima, peccatis  
nostris satisfaceremus, nemo quidem serua-  
retur. Etenim etiam sancti ipsi dum hic vi-  
uunt peccant in omnibus operibus suis, qua-  
tenus non operantur summo spiritus ac cha-  
ritatis imperio, sicut debent, ad illustrandam  
Dei gloriam. Tantum igitur abest ut aliqua  
ex parte peccatis suis satisfaciant, ut etiam  
quo-

tidie magis ac magis Deo se obstringant. Nō  
tamen imputantur eis peccata, per Chri-  
stum. Ut igitur Deus per Christum, non au-  
tem per opera nostra nos elegit, creauit, præ-  
seruauit, iustificauit, redemit, ac seruauit,  
ita per Christum sine ullo nostro interuen-  
tu, peccatis nostris ipsum placatum esse, cre-  
dendum est. Alioqui Christus non fuisset per-  
fectissimus Redemptor. Quemadmodum <sup>1. Cor. 1.</sup>  
ergo Christus tota iustitia nostra est, sanctifi-  
cacio & redemptio, ita etiam tota nostra  
satisfactio. Tametsi autem Deus filios suos  
flagellat, hoc non facit, ut peccatis suis satis-  
faciant, cum abunde satisfecerit Christus,  
sed eos verberat, ut emendentur, & virtu-  
tibus seriò incumbant, id quod ex verbis dei  
per Ieremiam Prophetam manifestum est, <sup>Ier. 2.</sup>  
inquit enim, frustra percussi filios meos: ac si  
diceret, percussi eos, non propter satisfactio-  
nem: nam si huc respexisset, frustra eos non  
percussisset: verum eos percussi ut emenda-  
rentur, ipsi vero in iniuitate perseverarunt.  
Clarum & indubitatum præterea est, meri-  
torum Christi thesaurum infinitum esse, qua-

propter abundē sufficit pro satisfactione omnium debitorum nostrorum, absq; hoc quod sancti suppleant. Certò præterea scio, Christum sese in cruce pro salute electorum suorum obtulisse, atque sua oblatione eos sanctificasse, ut Paulus scripsit, quos sanctificare nō potuit, nisi merita sua illis applicarit. Nō opus itaque fuit ut ea Papis vestris relinqueret distribuenda. Neque verisimile est, Christum preciosum adeò thesaurum nebulonibꝫ reliquisse, ut eum tanquam rem vilissimam diuenderent, ac sine iudicio propter auaritiam distribuerent. Adhac scio meritorum Christi, ac gratiarum illius quemlibet partem esse, iuxta mensurā fidei sue, non autem iuxta numerum pecuniarum Papæ indulgentijs depensarum, neque iuxta diligentiam & sedulitatem in visitandis stationibus vestris. Christus ut ostenderet fidem unicam viam esse ad salutem, dixit apostolis suis: Ite in uniuersum mundū, & predicate Euangeliū omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: nō dixit, qui indulgentias acceperit, qui Romam pro-

Mar. 16.

Matth. 28.

DE PURGATORIO.

103

propter iubileū petierit, qui sepulchrū Christi  
aut Cōstellam visitauerit, qui hoc, aut il-  
lud opus fecerit, sed qui crediderit. Igitur qui  
fidem habet saluatur sine iubileis istis, indul-  
gentijs, absolutionibus, & benedictionibus  
papisticis: imò vel in uito Papa, saluatur. Re-  
gnū Dei, ut Christus dixit, intra nos est, Luc. 17.  
quare nihil opus est, ut huc illucq; profici-  
scamur quærentes ipsum. Christus ut ostendebat,  
ei remissas esse non solum culpas omnes,  
sed & omnes pœnas, qui fidē, verā tamen et  
viuā haberet, dixit, Qui credit in me, habet Ioan. 3.  
vitā eternā, & non cōdemnabitur: liberabi-  
tur ergo ab omni culpa & pœna, et alibi di-  
cit, in iudiciū non veniet. manifestū n. adeò Ioan. 3.  
erit illū saluum esse, cū sit viuū Christi mem-  
brū, ut discussione nō sit opus. Liberabitur  
igitur ab omni condēnatione. Sola hæc Chri-  
sti verba sufficere deberent, ad obstruendum  
vobis os, ne amplius de purgatorio vestro lo-  
queremini. Fieri ne potest, ut nō animaduer-  
tatis, quod si purgatoriū vestrū esset, (cū in  
ipsum, secundū uos ipsos, nō ingrediantur, ni  
si qui infide moriuntur) fateri coqueremur, cū

quispiam in fide moritur, Deum illius uitam  
 excutere considerantem num in præsenti vi-  
 ta peccatis suis satis fecisset, nec ne: quod si no  
 satis fecisset, inquirere necesse esset, quantum  
 integræ satisfactioni deesset, quantum poenâ  
 rum in purgatorio pati deberet, & quanto  
 tempore, atque hoc pacto iudicaretur, con-  
 demnareturque, contra verbum Christi: Vi-  
 dete Paulum, qui verba Christi confirmat,  
**Rom. 8.** inquiens: Nulla igitur nunc est condemnatio  
 his, qui per fidem insiti sunt Christo Iesu. Quo-  
 modo igitur in purgatorium coniicientur, ut  
 puniantur, si in ipsis nihil est, per Chri-  
 stum, quod punitione dignum sit? Num for-  
 tasse Deus iniuste eos puniet: an uero menti-  
 ti sunt Paulus Christusque? Præterea cum  
 in scripturis sacris per maledictiones intelli-  
 gantur non solum peccata, verum etiam ste-  
 rilitas, & gritudines, res aduersæ, mors, ac  
 quicquid patimur propter Adami peccatum:  
**Gal. 3.** cumque per Christum, ut Paulus inquit, li-  
 berati simus ab omni maledictione, & be-  
 nedictione donati: sequitur nos liberatos esse  
 ab omni pena peccatis debita, atque ideo li-  
 beratos

D E P V R G A T O R I O . 107  
beratos à vestro purgatorio. Alioqui Adam  
contra Paulinam sententiam , mundo plus Rom. 5.  
nocuisset, quām profuerit Christus. Atqui  
contrario planè modo res se habet. Nunquid  
fortasse te latet per Christum , deletum esse  
iuxta Paulisentētiam , chirographum quod Col. 2.  
aduersus nos erat , quod propter debita no-  
stra nos condemnabat ? Cum igitur deletum  
ac laceratum sit chirographum debitorum  
nostrorum , nemo nos poterit iustè condem-  
nare. Quis intentabit crimina aduersus nos ,  
cum Deus nos iustificet ? Num credis Chri- Rom. 8.  
stum tanquam inimicum nostrum nos con-  
demnaturum , cum tanto pere nos amauerit ,  
ut pro nobis in cruce mori voluerit ? Nescio  
præterea quomodo verum esset , iustificatos  
pacem habere , ut Paulus scripsit , si ita in Rom. 5.  
purgatorio cruciatibus afficiendi essent . Sci-  
mus angelum dixisse Ioanni : Scribe , Beati  
mortui , qui in Domino moriuntur : post hac  
enim , id est , postquam mortui fuerint , requie-  
scunt ab omnibus laboribus suis : ergo non  
sunt in igne . Neque scio quo pacto fideles qui 1. Thess. 4.  
ex hac vita migrarunt , in Christo obdor-

**Sap. 3.** mierint, ut Paulo visum est, si in igne es-

sent, ut fertis. Ambrosius exponens ea ver-  
ba: *Animæ iustorum in manu Dei sunt, scri-*

**Sap. 4.** *bit, eas non fore in manu Dei, nisi in quiete*

*sint. Alibi quoque scriptum est, iustum mor-*

*te præoccupatum, futurum in refrigerio. Nō*

*ergo in igne erit. Christi aduentus nobis de-*

*trimento fuisset, si illius electi in purgatori-*

*um nunc concederent ut paterentur, cum*

**Luc. 16.** *prius in sinum Abrahæ reciperentur, ut cō*

**Luc. 15.** *solationem haberent. Filium prodigum ubi*

*domum reuersus esset, pater non coniecit in*

*carceres, neque voluit ut debitis & dispen-*

*dijs illatis satisfaceret, sed ut primum illud*

*vidit, occurrens amplexus est eum, & ve-*

*stem proferri iussit qua indueretur, conut-*

*uiumque celebrauit, & latatus est summo-*

*pere: tu vero vis à Christo nos in purgato-*

*rium coniici, quasi nos ipse minus amet,*

*quam filium prodigum amauerit pater.*

*Quum diuinus pastor noster ouem que er-*

**Matth. 18.** *rauerat inuenit, non dat eam in purgatori-*

*um, sed humeris impositā latabundus in pa-*

*radisum defert. Promittitur nobis in Euau-*

*gelio;*

## DE PURGATORIO.

109

gelio, absoluta peccatorum omnium remissio  
sine mentione ulla, quod retineatur pena, id  
quod etiam credere debemus. Neque in scriptu-  
ris mentio sit loci cuiuspiam in altera vita,  
regno cœlorum excepto, & inferno. Sancti  
quoque viri omnes, de mortuis loquentes, e-  
os vel quiete & pace frui, vel apud inferos  
esse dixerunt. Tuus quoque Augustinus duos De ciuit.  
tantum locos posuit in altero seculo. Dubium Dei lib. 22  
non est, Christianos multos superstites fore,  
cap. 5.  
quando veniet Christus iudicaturus viuos  
& mortuos, qui cum fidem habuerint, pec-  
catis tamen suis non satisfecerint, nihilomi-  
nus non in purgatorium ut satisfaciant, con-  
cedent: sed ut Paulus scripsit, rapientur in 1. Thes. 4  
aera cum Christo, & sic semper erunt cum  
Domino. Neque illud ignorare deberes, quod  
scriptum est: Si lignum, cœlestis scilicet hæc Eccle. 11  
hominis planta, ceciderit per mortem, ad Au-  
strum vel ad Aquilonem, id est, ad paradisum  
vel ad infernum (ut Hieron. interpretatur est in  
exposit. 9. cap. prophetæ Amos) ibi semper  
erit. Igitur in altero seculo non sunt plures quam  
duo loci: neque ab uno ad alterum transire licet,

ingens enim chaos est inter utrumque. Quod  
in altero seculo sunt, firma & stabilia sunt:  
& ut Cyprianus contra Demetrianū scri-  
bit, tractatu primo, post hanc vitam, nul-  
lus dabitur locus pœnitentiae, neque satisfa-  
ctioni. Neque preces nostræ illos iuuant: ut  
enim malum quod facimus, illis nihil nocet,  
ita nostra bona opera nihil illis prosunt. V-  
nusquisque onus suum portabit, ut Paulus  
scripsit: Quibus verbis, teste Hieronymo, e-  
doceremur, posse nos inuicem, alter alteri,  
consilijs, precibus, bonisque operib⁹ prodes-  
se dum hic viuimus, at postquam ad aliam  
vitam migrauerimus, & ante Christi tri-  
bunal constituti fuerimus: neque Job, neq;  
David, neque Noë, pro nobis orare pote-  
runt. Itaque coniçere potes, ecquid ijs qui in  
purgatorio vestro sunt, profint preces eorū  
qui ut plurimum peiores sunt illis. Scis epulo-  
ni ne minimam quidem aquæ guttulam fui-  
se concessam, neque fatuis virginibus guttu-  
lam olei. Si bona nostra opera ijs qui in pur-  
gatorio sunt conferrent, sanè Christus in  
die iudicij, quando dicet, in carcere eram,  
Gal. 6.

nec

## DE PURGATORIO.

vii

nec me visitasti, multo magis dicturus es-  
set, in purgatorio eram, & aureo uno me li-  
berare poteratis, nec fecisti. Manifestum uero  
est, ex doctrina Christi, in die illo nullum futu-  
rā mentionē purgatorij: sic circa dicebat Pau 2. Cor. 5.  
lus, omnes nos manifestari oportet ante tri-  
bunal Christi, ut referat unusquisque secū-  
dum quod operatus fuerit in hac vita, non  
autem secundum preces pro nobis fusaſ, post  
quam hinc commigrauimus. Quicquid semi Gal. 6.  
nauerit homo, hoc & metet. Itaq; dum tem Ioa n. 9.  
pus habemus operemur bonum, ueniet enim  
nox, in qua nemo operari poterit. opera no - Apoc. 18.  
stra sequentur nos. Credendum minime est,  
peccatum potentius esse gratia, aut diabolū  
Christo, diuinaque misericordia, ita ut qui  
in peccato moritur, descendat illico ad infe-  
ros, qui verò in gratia, non ascendat in para-  
disum, sed neceſſe sit eum in purgatorio hæ-  
rere. Vos ipſi inter missandum ostenditis pur-  
gatorium nequaquam esse, quum oratis pro  
mortuis. In offertorio enim Christū Regem  
gloriae oratis, ut liberare velit animas om-  
nium fidelium defunctorum à poenis inferni,

à profundo lacu & ab ore leonis, ne ad tartar  
a detrudantur, &c. quasi vel damnata es-  
sent, uel damnationis periculum immineret.  
In prima etiam oratione, rogatis, ne anima  
defuncti in manus inimici tradatur, ne eter-  
nas poenas sustineat. Paulus enim non dixit  
uitam &ternam nostris operibus, neq; satisfa-  
ctionibus, quod vos dicitis, acquiri, sed donū  
Dei esse, dixit. Si operibus seruaremur, sub  
lege, non sub gratia essemus: id quod Paulina  
sententiae aduersatur. Si nobis satisfacien-  
dum esset pro peccatis nostris, quomodo ve-  
rum esset, Christū pro peccatis nostris mor-  
tuum esse? Christus passus est, ut ab omni-  
bus poenis quas commerebamur, nos libera-  
ret. Qui existimat se aliquo modo peccatis  
suis posse satisfacere, diffidit Deo, & confi-  
dit in seipso. Si homines Christum illiusque  
Euangelium cognouissent, scientes ipsum  
potentiam Dei esse ad salutem omni creden-  
ti, non excogitassent purgatorium sua ima-  
ginatione: sed quia animaduerterunt mul-  
tas fideles peccatis suis in hac uita non satis-  
facere (ut potest qui crederent, deberent) illis

sa-

Rom. 6.

Ibidem.

Rom. I.

satisfacere) excogitarunt purgatorium in altera vita, ut illic diuinæ iustiæ satisfaceret poenas illas ferentes. AVGUST. Supponamus te certò scire, purgatorium minime esse, non deberes tamen ea de re quicquam effutire. Etenim si qui purgatorium credunt, detrimentum sentirent illud credentes, tu vero nitereris probare ipsum non esse, commendarem operam tuam: verum quod ita credant nihil eis nocet, tu vero contra ipsum differendo, sine ullo fructu, à gratia Papæ excidisti, & vita periclitaris. THE. Imò nulla res est in ecclesia adeò impia, sacrilega, exitialis, nephanda, & perniciosa, sicut opinio isthæc de purgatorio, quod ex meritis mendacijs, blasphemijis, & imposturis consarcinatum est: quod aut hoc verū sit, hisce rationibus probatur. Primum enim diuinam legem obscurat, cum multi eam imperfictam adeò esse putent, ut licet cæci sint & imbecilles, ac carnis concupiscentijs pleni, se non solù eam adimplere posse credunt, sed & multo plura præstare quam exigat. Deinde CHRISTVM illusque Euangelium

penitus tollit, cum credant peccatis se suis, et  
debit& pœnæ satisfacere posse, seruantes, non  
dicam præcepta Dei, sed à se pro animi libi-  
dine excogitata & inuenta, quasi verò  
Christus ipse non satisfecisset. Præterea, iniu-  
rijs & contumelij diuinam misericordiam  
afficiendo, irritam facit Christi mortem, cō-  
scientias excruciat & seducit, Christifi-  
dem deprimit, cæremonias vero, humanaq;  
opera extollendo, falsam iustitiā ponit. Pur-  
gatorium fons est, non solum deceptionum  
omnium papalium, sed & innumerabilium  
malorum. Ex purgatorio enim scaturiere  
missæ pro defunctis, vigiliæ, anniversaria, sa-  
crificia pro mortuis, peregrinationes, sancto-  
rum merita, supererogationis opera, indul-  
gētiae, iubilei, stationes, suffragia, et huiusmo-  
di nugæ. Inde illud quoq; emanauit, quod ho-  
mines sceleribus omnigenis magis delectati  
sint, credentes plenariā indulgentiam pœnæ  
simul et culpæ pecunia se consequuturos. Ita  
que perniciosa adeò & diabolica impostura  
h&c, manifestari omnino debet. F.R.A. Nōne  
animaduertitis eū pertinacem esse? disceda-  
mus

DE PURGATORIO. 115  
mus hinc: vobis enim polliceor Reuerendissi-  
mum dominū Legatum, officio suo fun-  
cturum. THE. Dominus uobiscum.

THADDAEVS DVNVS LO-  
carnensis Medicus, Christianis Lecto-  
ribus, salutem, per Iesum Chri-  
stum Redemptorem  
nostrum.

FATEOR ingenuè, Lectores Christiani, libro-  
rum D. Bernardini Ochini, Ecclesiae nostrae Pasto-  
ris vigilansimi, versiones quas ego paro, minus cù  
lepori & maiestati sermonis Italici, tūm vero argumen-  
torum dignitati excellentiæq; , ut que paulo inelegantiores  
sint, respondere. Attamen quia fideliter, & quantum fie-  
ri potest dilucide omnia exprimunt, & ab ipso D. Ber-  
nardino, eam saltē ob causam, approbantur, qualescumq;  
sunt, boni consulere debetis, aut meliores facere. Translati  
iam à me sunt præter Dialogum hunc, alijs libri, & quoti-  
die transferuntur. Vos rogo, ut diligentiam meam & stu-  
dium vestro favore iuuetis. Prohibunt enim, favente Do-  
mino, multa eis viri scripta egregia, & pene diuina. Hunc  
utilem admodum & incundum dialogum interea studiose  
legite, & relegate, ut excusso prius ex mentibus vestris er-  
roneo illo & pestifero commento de Purgatorio, vna cum  
ceteris hominum fragmentis, puriori & alacriori mente ad  
reliqua accedatis. Sint haec prefationis loco, in omnes me-  
as interpretationes. Post unum, aut alterum mensem, lis-  
tros duos in re Eucharistie, incredibili studio, labore &  
diligentia, imprimis verdi mira rerum ad illud sacramen-  
tum pertinentium expositione conscriptos, vos habituros

*spera. Valete, ac nihil miremini nullam mei factam su-  
isse in titulo Dialogi mentionem, me enim absente primum  
folium impressum est: Vnde etiam in Epistola nuncupa-  
toria verba quedam posita suere, que neque in ipsis D.  
Bernardini autographo, neque in mea versione habeban-  
tur, quod facile cognoscet, qui Latinam cum Italica edi-  
tione contulerint. Iterum valete. Tiguri IIII. Idus De-  
cembbris M. D. L. V.*

### **Summa dialogi tetrasticho comprehensa.**

*Ipsæ suo Christus purgauit sanguine mundum,  
vt perhibet multis pagina sacra locis.  
Somnia sunt igitur, nuga, & deliria quæq;  
Purgandis finxit, turba papæareis.*

L 0-

LOCI SCRIPTVRAE IN HOC  
Dialogo enarrati.

Leuitici cap.12.

*In sanctuariū non ingrediatur, donec exacti  
fuerint dies purificationis suæ* pag. 28

Ieremiæ cap.2.

*Frustra percussi filios vestros, nam discipli-  
nam non recipiunt* 103

Danielis cap.4.

*Peccata tua eleemosynis redime* 84

Micheæ cap.7.

*Projicit in profundum maris omnia pecca-  
ta nostra* 101

Zachariæ.9.

*Emisisti tuos de lacu, in quo non est aqua,  
&c. 27.*

Iob.19.

*Miseremini mei, miseremini mei, &c. 28*

Psalm.16.

*Igne me examinasti, & non est inuenta in  
me iniquitas* 26

Psalm.32.

*Beati quorum sunt tecta peccata* 100

Psalm.65.

*Transiimus per ignem, & eduxisti nos in  
refrigerium*

27

Ecclesiastes cap. 4.

*Quod de carcere catenisq; quis egrediatur  
interdum ad regnum*

28

Eiusdem cap. II.

*Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad A-  
quilonem in quocunque loco ceciderit, i-  
bierit*

109

Matthæi cap. 5.

*Dum in via es cum aduersario tuo, &c.*

22.23.

Eiusdem cap. 12.

*Peccatum in spiritum sanctum non remit-  
tetur, neque in hoc seculo neque in futu-  
ro. 17.18.*

Eiusdem cap. 18.

*Quocunq; ligaueritis, aut solueritis super ter-  
ram, &c.*

94

Eodem capite.

*Misertus Dominus serui illius dimisit eum,  
&c. 21.22.*

Lucæ cap. 3.

*Nihil amplius quam quod constitutum est  
yobis*

<i>vobis exigatis</i>	83
<i>Eiusdem cap.15.</i>	
<i>Parabolafiliij prodigi</i>	108
<i>Eiusdem cap.16.</i>	
<i>Habent Mosen &amp; Prophetas, audiant illos</i>	
<i>67.</i>	
<i>Eiusdem cap.17.</i>	
<i>Regnum Dei intra vos est</i>	105
<i>Ioannis cap.5.</i>	
<i>Amen dico vobis qui credit ei qui me misit, in iudicium non veniet</i>	<i>ibidem</i>
<i>Pauli Rom. cap.7.</i>	
<i>Non enim quod volo bonum, hoc ago, sed</i>	
<i>&amp;c.82.</i>	
<i>i. Cor.3.</i>	
<i>Porro si quis superstruit super fundamentū hoc, &amp;c. saluus erit tāquam per ignem,</i>	
<i>&amp;c.11,12,13,14.</i>	
<i>Gal. 1.</i>	
<i>Si angelus de cœlo pædicaret aliud Euage- lium</i>	68
<i>Phil. 2.</i>	
<i>In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlesti- um, terrestrium &amp; infernorum</i>	<i>25,26</i>

Col. I.

*Et adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est ecclesia* 86

2. Machab. 12.

*Et facta collatione duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam offer-  
ri pro peccatis mortuorum, sacrificium.  
5. 6. & ultra.*

RE-

# RERVM MAXIME OB- seruandarum Index.

## A

- Animæ fidelium post mortem illico in para-  
disum recipiuntur.* pag. 30. 37
- Antichristi ecclesia, non ab initio, sed ante  
paucos annos purgatoriū cœpit credere* 57
- Apostolos fleuisse super Stephanū mortuū,  
sed non orasse pro illo: & non esse oran-  
dum pro mortuis* 59
- Augustini sententia de purgatorio* 62
- Augustini sentētia de libris Machabeorū.* 6
- Augustinus per ignem, de quo, 1. Cor. 33. præ-  
sentis vitæ tribulationes intellexit* 16
- Aurum, argentum, lapides preciosi, diuinā  
doctrinam significant* 12
- Autoritas ligandi & soluendi quibus data.  
93.*

## B

- Basiliensis synodi de purgatorio decretum,  
excitatur* 60. 61
- Bona opera nostra mortuis nō conferunt, si-  
cū nec eisdē nocent peccata nostra* 100

## I N D E X.

## C

- Charitate iustificari**, quomodo accipien-  
dum 41  
**Chirographum debitorum nostrorum per**  
**Christum laceratum est** 107  
**Christus verus summus Pontifex** 70  
**Christus pro peccatis nostris in vniuersum**  
**satisfecit 41. & alibi.**  
**Christus non plus quam debuerit fecit** 35  
**Concordia Deo admodum grata** 23  
**Culpam remittere apud Deum, est remitte-**  
**re poenam** 47

## D

- Damnati quoque Dei gloriam illustrabunt**  
 26  
**Deum odisse & amare creaturas, irasci**  
**aut placari, quomodo intelligendum** 45  
**Deus immutabilis** 45. 46  
**Deus non afficitur odio, neque amore** 45  
**Deus electos suos semper amat** 44  
**Deus non odit creaturas suas, præsertim ele**  
**clos, sed peccatum** ibidem  
**Deus reprobos punit, electos si peccant ca**  
**stigat** 46  
 Deus.

I N D E X.

Deus ecclesiam nunquam illuminauit per ministerium mortuorum	67
Doctorum veterum scripta qualia	63

E

*Electi necessario in Domino moriuntur.*

45.

*Electi qui ante Christi passionem mortui sunt, in sinum Abrahæ sunt recepti.*

57.

*Electos suos quare Deus flagellat* 103

*Eleemosynas nos à peccatis liberare, quomodo accipiendum.* 84.85

F

*Fides quo pacto nos iustificare dicatur* 41

*Fides via unica ad salutem* 104

*Fides nostra verbum Dei pro fundamento habet, non somnia, neque visiones* 63

G

*Græca ecclesia Latinam præcessit* 61

*Græca ecclesia purgatorium nunquam credidit* ibidem

*Græcorum iusta conquestio de purgatorio coram Basiliensi synodo* ibidem

H

I N D E X.

Hieronymi sententia de libris Machabeorum 6

Hieronymus per ignem, de quo. i. Cor. 3. igne  
inferni intellexit 16

Homines possunt remittere culpam sine re-  
missione poenae, Deus non item 46

I

Impium est, non sperare integrum misericor-  
diam à Deo. 102

Indulgencie sine pecunia non conceduntur.  
93.

In scripturis sacris non fit mentio nisi duum  
locorum in altero seculo 109

Iudei purgatorium nunquam crediderunt.  
9.58.

Iudas Machabeus quorsum miserit Hierosolymam argentum 8.9.10

Justificati sumus ab aeterno 40.44

L

Latini à Græcis Theologiam acceperunt.  
61.

Latronis boni exemplum excutitur 37.  
38.39.

Legem Dei quare servare nequeamus 82  
L1-

## I N D E X.

<i>Libri veteris testamenti ab Ecclesia Iudai-</i>	
<i>ca approbati, viginti duo tantum</i>	5
<i>Ligare &amp; soluere quid sit</i>	94
<i>Ligna, fœnum, stipulae, doctrinam humanam</i> <i>significant</i>	12

## M

<i>Machabeorum libri apocryphi.</i>	57. &
<i>vltra.</i>	

<i>Machabeorum locus pro purgatorio cita-</i>	
<i>tus, additius est</i>	7

<i>Maledictiones in scripturis quid significant.</i>	
<i>106.</i>	

<i>Meritorum confutatio. 82. 83. ad longum.</i>	
<i>Miracula non sunt fidei fundamenta</i>	63

<i>Misericordia Dei, &amp; ira, quid sint</i>	47.
<i>O</i>	

<i>Operibus nostris nos seruari non posse, &amp;</i>	
<i>ratio</i>	34.35

<i>Orandum non esse pro mortuis, euidenter col-</i>	
<i>ligitur</i>	59

<i>Oratum fuisse pro mortuis, neque in veteri,</i>	
<i>neque in novo testamento legitur</i>	58

## P

<i>Papa cur triplicem mitram gestet</i>	2
<i>i 2</i>	

I N D E X.

- Papist& sunt mirabiles Alcumist&, quia uer-  
tunt in aurum non solum metalla, sed a-  
tramentum etiam, & verba 1  
Papistarum impostur& mult&, maxim&, &  
prorsus execrables. 50. 51. & ultra.  
Peccata esse tecta, quomodo intelligendum.  
100.  
Peccatorum purgatio in veteri testamento  
non operibus hominum, sed solis sacrifici-  
cijs fiebat 84  
Primitiu& ecclesi& tempore purgatorium i-  
gnorabatur 60  
Purgatorium verum, sanguis Christi 4  
Purgatorium fons & origo innumerabilium  
errorum & malorum 114  
Purgatoriij opinio impia admodum & per-  
nicioſa 113  
Purgatorium est fertilis fundus monacho-  
rum 2  
Purgatorium non esse, ex ijs qui superstites  
erunt in die Iudicij pulchre probatur.  
109.  
Purgatorium nihil aliud esse, quam huma-  
num figmentum, vel potius diabolicum,  
passim

I N D E X.  
passim demonstratur.

R

- Regnum Dei intra nos est 105  
Remittere peccata apud Deum est remitte-  
re paenam peccatis debitam 47

S

- Sacrificuli ex mortuis & sepulchris vi-  
uunt 1  
Sanguis Christi pretium perfectissimum re-  
demptionis nostræ 84  
Seruari tanquam per ignem, quid sit 14

T

- Timoris seruilis & filialis differentia 31.32.  
Tribulationes quare Deus det suis electis.  
33.34.

V

- Veteres quare pro mortuis orauerint, expo-  
silio varia. 64.65

F I N I S.

Tiguri apud Geſſa  
neros.



